Hw 42

VARIA.

OPVSCVLA

20
V. 1

Ptolemæus Pheludiensis vixit post Christi natiuit. 131 anû Circiter tempora Antonini Pij.
Vide Stopsbrium in practica tab. 19. 6.

Almagestū CL. Ptolemei

Pheludiensis Alexandrini Astronomoꝝ principis: Opus ingens ac nobile omnes Celoꝝ motus continens. Felicibus Astris eat in lucez: Ductu Petri Liechtenstein Coloniēsis Germani. Anno Virginei Partus. 1515. Die. 10. Ja. Venetijs ex officina eiusdem litteraria.

***

Cum priuilegio.

Petrus Liechtenstein Colonienſis Germanus Omnibus Studioſis Aſtronomie. S. P. D.

MAnibus complaudite q̄ temporibus noſtris theſaurus totius Aſtronomie repertus eſt: qui multis annis in tenebris latuit. Quem mira indagine ⁊ incredibili labore ingenio ac ſumptibus inſcribendo. limitando ex corruptis antiquis exemplaribus perquiſiui: ex diuerſis climatibus orbis. Ad laudem gloriam ⁊ honorem eterni Dei creatoris omnium rerum. Sic itaq̄ celum ſidera ⁊ omnes motus eorum tam mirabilia atq̄ magnalia geſta Dei perſcrutantes: melius poterimus ipſum ſūmum bonum Deum creatorem ⁊ redemptorem ac benignum Patrem omnium contemplari: ⁊ precepta eius diligenter obſeruare: vt ad ipſum tandem reuerti poſſimus: atq̄ ſupremum pulcherrimum aſcendere Celum ac ſidera. Et in obitu omnium noſtrorū vnumquēq̄ feliciter ſcrutari. Hec eſt dies delectabilis. Dies quem fecit Dominus. Exultemus et letemur in ea. Itaq̄ ad cōmune bonum ac vtilitatem hominum in lucem ſiue in publicum duxi hoc preclarū ingens ac nobile opus Almageſti: vt vnuſquiſq̄ pro voluntate ſua paruo ere ipſum habere poſſit. Id fideliori melioriq̄ modo collegi: quanta mihi virtus ⁊ facultas a Deo conceſſa fuit. Valete omnes ſideralis ſcientie cultores. Ex officina noſtra litteraria. Anno Chriſti ſiderum conditoris. 1515. Die. 10. Januarij Venetijs.

Tabula

Tabula capitulorū ſiue rubricarū totius operis cum numero foliorum: quam cōmoditatis gratia conſcripſi. Fauſto fidere incipit.

Capita. 14. Dictionis prime. 1

1 De ſcientie Aſtronomie ad alias excellentia: ⁊ finis eius vtilitate. folio 1
2 De ordinibus modorum huius ſcientie. fol. 2
3 Quo ſcitur q̄ celum ſit ſpbericum: ⁊ motus eius circularis. 2
4 De eo quod indicat q̄ terra ſit ſpherica. 3
5 De eo qō indicat q̄ terra ſit in medio celi. 3
6 De eo qō indicat q̄ terra ſit vt punctū apud celū. 4
7 De eo quod indicat q̄ terra motū localē nō bēat. 4
8 Quo declaratur q̄ primi motus qui ſunt in celo ſunt duo. 4
9 De ſcientia quātitatis chordarū partium circuli. 5
10 Quomodo tabule chordarū partium circuli fiāt. 6
11 De poſitione arcuum ⁊ chordarū eorum in tabulis. 7
12 De arte inſtrumēti: quo ſcitur quātitas arcus qui eſt inter duos tropicos. 9
13 De ſcientia quantitatum arcuum qui ſunt inter orbes equationis diei: ⁊ orbem medij ſignorum qui ſunt declinationis. 10
14 De ſcientia quantitatis arcuum equationis diei: qui elevantur in ſpbera directa cum arcubus orbis ſignorum datis. 11

Capita. 13. Dictionis ſecūde. 2

1 De ſcientia habitabilium terre. 11
2 Qualiter ſciantur quantitates arcuum circuli horizontis: qui ſunt iter orbem equationis diei ⁊ orbem declinem propter quantitatem diei longioris cū fuerit datus: ⁊ econuerſo. 12
3 Qualiter ſciatur altitudo poli propter hos arcus cum ponuntur: ⁊ propter quantitatem diei longioris cū fuerit datus: ⁊ econuerſo. 12
4 Quo ſciuntur prouincie in quibus ſol tranſit ſupra ſūmitatem capitum illas inhabitantium: ⁊ quando: et quotiens fit illud. 12
5 Qualiter ſciantur proportiones inſtrumentorum ad vmbras ſuas in equalitate diei: ⁊ in duobus tropicis: in medietatibus dierum: per quedam predicta: cum fuerint data. 13
6 De modo ꝓprietatū linearum orbium equidiſtantiū orbi equationis diei. 13
7 De ſcientia partium orbis equationis diei: que elevantur cū partibus orbis ſignorū: in ſphera declini. 15
8 De modo poſitionis tabularū eius qō elevat de orbe equatiōis diei cū omnibus decem partibus orbis ſignorum in locis orbium equidiſtantiū. 17
9 De diuiſione eorum que ſequūtur ſcientiā elevationū: ⁊ preparatione eorum. 19
10 De ſcientia angulorum prouenientiū inter orbē ſignorum declinem ⁊ orbem meridiei. 19
11 De ſcientia angulorū prouenientiū ex concurſu orbis declinis cum orbe horizontis. 20
12 De ſcientia angulorum prouenientium inter orbem ſignorum ⁊ orbem deſcriptum ſupra duos polos horizontis. 21
13 De poſitione tabularū arcuum ⁊ angulorū quos narrauimus in orbibus equidiſtantibus. 22

Capita. 10. Dictionis tertie. 3

1 De ſcientia quātitatis lōgitudinis anni ⁊ numero diemeye. i. dierum eius. 26
2 De poſitione tabularum motus ſolis medij. 28
3 De ſciētia modorū motus reuolubilis cōueniētis. 29
4 De ſcientia eorū que apparent ex diuerſitate motus ſolis in aſpectu ⁊ viſione. 31
5 De inquiſitionibus particularibus ex diuerſitate. 32
6 De diuiſione tabularum portionum particularium diuerſitatis. 33
7 De poſitione tabularum motus ſolis diuerſi. 33
8 De ſciētia loci ſolis in quo eſt ꝑ motū eius mediū. 33

9 De cõputatiõe solis ⁊ sciẽtia certitudinis loci ei⁹. 34
10 De cognitione differentie scilicet que est inter diez Jomin vnum ⁊ noctem eius: ⁊ diem Jomin alterum ⁊ noctem suam. 34

ℂLapita. 11. Dictionis quarte. 4

1 Ex quibus considerationibus oportuit esse inuestigationem lune. 35
2 De scientia temporum reuolutionum lune. 36
3 De particularibus motibus medijs. 37
4 De artificio tabularum motuum lune mediorum. 37
5 De hoc ꝙ duo modi: scilicet modus orbis centri egredientis et orbis reuolutionis in motibus lune significant rem vnam. 40
6 De demonstratiõe diuersitatis lune p̃me simplicis. 40
7 De equatione medii cursus lune in longitudine ⁊ medij cursus eius in diuersitate. 43
8 De scientia loci lune ex motu eius medio in longitudine ⁊ diuersitate. 43
9 De scientia equandi reuolutiones lune medias in latitudine ⁊ loca eius. 44
10 De descriptiõe tabularum diuersitatis lune p̃me simplicis. 45
11 Q⁹ quantitas diuersitatis lune non est propter diuersitatem horum duorum modorũ: sed propter diuersitatẽ nũeratiõis ⁊ erroris in sermone Abrachis. 45

ℂLapita. 19. Dictionis quinte. 5

1 De artificio instrumenti armillarum quo considerantur stelle: ⁊ sciuntur loca earum in longitudine ⁊ latitudine. 46
2 De scientia modi diuersitatis lune duplicis. 47
3 De scientia quantitatis diuersitatis lune que est propter solem. 48
4 De scientia proportionis que est inter duo centra: scilicet inter centruz orbis ecentrici lune: ⁊ inter centrũ orbis signorum. 48
5 De scientia declinationis orbis lune reuoluentis: ⁊ inclinationis eius in duabus partibus. 48
6 De scientia accipiendi cursum lune verum ex motibus reuolutionum per lineas mensurabiles. 50
7 De positione tabulaꝝ diuersitatis lune vniuersalis. 50
8 De positiõe tabularũ diuersitatis lune vniuersalis. 51
9 De sciẽtia nũeratiõis diuersitatis lune vniuersalis. 52
10 In quo ostenditur ꝙ in applicationibus lune: scilicet oppositione ⁊ coniunctione non erit diuersitas que est propter orbem centri egredientis magne quantitatis. 52
11 De scientia diuersitatis aspectuum lune. 53
12 De artificio instrumenti: quo scitur quãtitas diuersitatis aspectus lune. 53
13 De demonstrationibus longitudinum lune. 54
14 De scientia eorum que videntur ex coniunctiõe ⁊ oppositione de quantitatibus diametrorum Solis et Lune ⁊ Umbre. 55
15 De scientia vmbre terre: ⁊ longitudinis solis: ⁊ eorum que declarantur cũ eis propter lõgitudinẽ lune. 55
16 De scientia magnitudinis corporum solis ⁊ lune et terre. 56
17 De scientia diuisionis diuersitatis aspectus que est solis ⁊ lune. 56
18 De positione tabularum diuersitatis aspectus. 58
19 De cognitione equandi diuersitates aspectuũ ⁊ equatione earum. 58

ℂLapita. 13. Dictionis sexte. 6

1 De coniũctiõibus ⁊ impletiõibus lunarib⁹ medijs. 60
2 De aptatione differentiarum tabularum applicationũ mediarum. 60
3 De positione differentiarum tabularum. 61
4 Qualiter oporteat vt fit perscrutatio applicationum verarum ⁊ habentium reuolutiones. 63
5 De terminis eclypsium que sunt solis ⁊ lune. 63
6 De longitudine que est inter menses eclypticos. 64
7 De artificio lineationis tabularum eclypticarum. 66
8 De lineatione tabularum eclypticarũ Solis ⁊ lune. 68
9 De cognitione Eclypsium lunarium. 69
10 De cognitione eclypsium Solarium. 70
11 De declinatione ⁊ inclinationibus que sunt in Eclypsibus. 71
12 De descriptione tabularum que sunt declinationis et inclinationum. 72
13 De cognitione declinationis ⁊ inclinationum. 72

ℂLapita. 5. Dictionis septime. 7

1 De hoc ꝙ longitudo stellarum fixarum que est inter quasdam ⁊ quasdam alias: est longitudo vna semper: ⁊ quod ipse comitantur proprietates locorum suorum. 73
2 De hoc quod sphere stellarum fixaruz ineſt motus ad partem successionis signorum. 74
3 De hoc quod motus stellarum fixarum ad successionem signorum non est nisi super duos polos orbis medij signorum. 74
4 De modo disponendi tabulas stellarum fixarum. 77
5 De firmatione stellarum fixarum in medietate sphere septẽtrionali: ⁊ positione earuz in tabulis. 77

ℂLapita. 6. Dictionis octaue. 8

1 Descriptio stellarum que sunt in medietate sphere meridiana. 83
2 De modo orbis lactei nominati maiarati: id est area que mouetur. 89
3 In scientia artificij sphere corporalis. 90
4 In proprietatibus figurarum que sunt stellarum fixarum. 91
5 De eleuatione stellarum fixarum ⁊ mediatione earum celi: ⁊ occasu earum cum eo quod coniungitur eis de temporibus orbis equationis diei ⁊ temporibus orbis signorum. 92
6 In apparitione stellarum ⁊ occultatione earum. 92

ℂLapita. 11. Dictionis none. 9

1 De ordinibus sphcrarum solis ⁊ lune ⁊ quinq; stellarum retrogradarum. 93
2 In equatione de premissione modorũ diuersitatis stellarum quinq; retrogradarum. 93
3 De reditionibus reuolubilibus que sunt stellarũ q̃nq; retrogradarum. 94
4 In positione differentiarum tabularum motuum mediorum que sunt quinq; stellarum erraticarũ in longitudie ⁊ diuersitate. 95
5 De his quoꝝ premissio est necessaria in modis quinq; stellarum erraticarum. 103
6 In declaratiõe diuersitatis secũdũ duos modos. 103
7 In scientia longitudinis longioris que est stelle Mercurij ⁊ motus eius localis. 104

8 In demonstratione q̄ mercurius est in longitudine p̄ pinquiore in reuolutiōe vna duabus vicibus. 105
9 In scientia proportionis quātitatis magnitudinis diuersitatum Mercurij. 106
10 In equatione motuum reuolutionuz mercurij. 107
11 In positione motuum mercurij qui sunt reuolutionuz eius. 108

¶ Capita. 10. Dictionis decime. 10

1 In declaratione longitudinis longioris stelle Veneris. 109
2 In quātitate orbis reuolutionis stelle Veneris. 109
3 In scientia proportionum egressionis orbis egrediētis centri que est stelle Veneris a centro. 110
4 In verificatione reuolutionum motuū Veneris. 110
5 De loco reuolutionum motuum stelle veneris. 112
6 In eo quod necessarium est vt p̄mittatur z sciatur in demōstrationibus que sunt in aliis stellis. 112
7 In ostensione summe egressionis stelle martis a cētro z longitudinis eius longioris. 112
8 In declaratione quantitatis orbis reuolutionis martis. 116
9 In verificatione reuolutionum motuuz martis. 116
10 In radice siue in loco motuum stelle Martis reuolubilium. 117

¶ Capita. 12. Dictionis vndecime. 11

1 In declaratione egressionis a centro Jouis: z longitudinis eius longoris. 118
2 In ostensione quantitatis orbis reuolutionis stelle Jouis. 121
3 In verificatiōe motuū reuolubiliū stelle Jouis. 121
4 In descriptione radicis motuum eiusdez stelle Jouis reuolubilium. 122
5 In declaratione egressionis a centro stelle Saturni et longitudinis eius longioris. 122
6 In declaratione quantitatis orbis reuolutionis stelle Saturni. 125
7 In verificatione motuum stelle Saturni reuolubilium. 126
8 In descriptione radicis motuum stelle Saturni reuolubilium. 127
9 Qualiter p̄ueniant cursus veri p̄pter motus reuolubiles secundum semitas linearum. 127
10 In modo faciendi tabulas diuersitatis stellaruz. 127
11 In descriptione tabularum equationis quinq̄ stellarum erraticarum in longitudine. 128
12 In numeratione motus localis stellarum quinq̄ erraticarum in longitudine. 131

¶ Capita. 9. Dictionis duodecime. 12

1 In eo quod necessario p̄mittendum est ad sciendam antecessionem siue p̄cessionem stellaruz quinq̄ erraticarum. 131
2 In declaratione antecessionis Saturni. 133
3 In declaratione antecessionis Jouis. 134
4 In demonstratione antecessionis Martis. 135
5 In declaratione antecessionis stelle Veneris. 135
6 In declaratione antecessionis Mercurij. 136
7 In demōstratione faciendi tabulas stationum. 137
8 In positione tabularum stationū quinq̄ stellaz. 139
9 In declaratione longitudinum maiozum a sole Veneris z Mercurij. 139

¶ Capita. 11. Dictionis tertiedecime. 13

1 In radicibus secundum quas agitur in cursibus stellarum quinq̄ erraticarum in latitudine. 141
2 In modo secūdum quem currit res in motu haruz declinationum z reflexionum secundum has radices que posite sunt. 141
3 In quātitate declinationis z declinationis z reflexionis z reflexionis. 142
4 In modo faciendi tabulas cursuum particularium in latitudine. 143
5 In tabulis factis ad sciendum latitudines per eas in omni hora. 149
6 In numeratione motuum stellarum q̄nq̄ erraticarum in latitudine. 149
7 In apparitionibus stellarum quinq̄ erraticarum: et occultationibus earum. 149
8 In hoc q̄ illud quod reperitur de p̄prietatib⁹ in apparitionibus Veneris z Mercurij z occultationibus eorum est conueniēs radicibus que posite sunt eis. 150
9 In radice qua reperiuntur longitudines particulares a Sole in apparitionibus harum stellarum z occultationibus earum. 151
10 In tabulis factis apparitionibus stellarum quinq̄ erraticarum z occultationibus earum. 152
11 In consumatione Libri. 152

Errata

Folio. 7. tabula p̄ma chordaz: vbi inscriptio est. ¶ Pars tricesima sub. m̄. ibi sunt in p̄ma area tres. o. debet esse: vnū minutū trina vice positū. scz. m̄. 1. scōa. 2. tertia. 50.

Folio. 12. formula p̄ma circa medium: vbi illa linea incipit. e. b. b. ibi circa finē illius linee male positum est. duplici arcus. e. a. ad chordā duplici arcus. a. t. corrige. duplici arcus. t. a. ad chordā duplici arcus. a. e. aggregatur.

Folio. 61. formula secūda: colūnula secunda numerozum: vbi inscripsio est. Dies mensis thot. corrige. Dies mensis thut. Et sic in alijs duabus colūnulis folio. 62.

Folio. 62. formula p̄ma: colūnula p̄ma numerozuz vbi reperitur impssum: Anni expāti. scribe: Anni collecti.

Folio. 63. formula secūda in p̄incipio non bene impressuz est. ¶ Capitulum decimūquintum: dele illud decimum quia superfluum est positum.

Dubia.

Folio. 27. formula p̄ma circa p̄incipium: in linea septima circa finem: positum est: annoz felis: etiam inueni: annozū felicis: nolui mutare sed iudicio meo debet esse: annozum philippi: infra: in eadē formula in linea vigesima quarta que incipit: vna triuz milium z sexcentarum ptiū: dubito q̄ esse debet: vna trecētarum z sexaginta partiuz. Iterū infra in linea. 53. reperi: annozum felis: annozū felicis: vt supradictum est.

Folio. 111. formula p̄ma circa finez in linea que incipit: fuit locus huius stelle in āno p̄imo annozum Antoni: et ita impressuz est in toto Almagesto: tamen in multis exēplaribus reperi scriptum: anno p̄imo annoz Antonini.

Finis.

¶ LL. Ptolemei Alexandrini Astronomorū principis Almagesti seu Magne ꝯstructionis liber: omniū celestiū motuum rationem clarissimis sententijs enucleans: fausto sydere incipit. Et primo in eūdē ꝓfatio.



Uidam princeps nomine

Albuguafe in libro suo(quem Scientiarum electionem: et verborum nominauit pulchritudinem)dixit: q̄ hic Ptolemeus fuit vir in disciplinarū scientia prepotens: preeminēs alijs. In duabus artibus subtillis:idest Geometria ⁊ Astrologia. Et fecit libros multos. de quorum numero iste est: qui Megasti dicitur. cuius significatio est Maior perfectus. Quem ad linguam volentes conuertere Arabicā:nominauerunt Almagesti. ¶ Hic autem ortus et educatus fuit in Alexandria maiori terra egypti. Cuius tamē ꝓpago de terra Sem: et de prouincia que dicitur Pheuludia. Qui in Alexandria cursus syderum considerauit instrumentis tempore regis Adriani et aliorum. Et super considerationes quas Abrachis in Rhodo expertus est: opus suum edidit. ¶ Ptolemeus vō hic nō fuit vnus regum egypti: qui Ptolemei vocati sunt: sicut quidam estimant: sed Ptolemeus fuit eius nomen: ac si aliquis vocaretur Cosdrohe aut Cesar. ¶ Hic autem in statu moderatus fuit: colore albus: incessu largus: subtiles babens pedes. in maxilla dextra signum babens rubeum. barba eius spissa ⁊ nigra: dentes anteriores habens discoopertos et apertos. Os eius paruum: loquele bone et dulcis: fortis ire: tarde sedabatur: multum spaciabatur et equitabat: parum comedebat: multum ieiunabat: redolentem habens anbelitum: et indumenta nitida. Mortuus est anno vite sue septuagesimooctauo. ¶ Hec sunt de disciplinis et sapientijs Ptolemei huius. ¶ Conueniens est intelligenti pro deo verecundari: cū ea que ei sunt grata cogitat. ¶ Intelligens est qui semper linguam suam refrenat: nisi ad hoc vt de deo loquatur. ¶ Insipiens est qui suiipsius ignorat quantitatem. ¶ Cum aliquis sibi placet: ad hoc deductus est: vt ira dei sit super ipsum. ¶ In bono quod deus operatur: quasi bonitatem largi datoris attendere debes: et in malis aduersis quasi purgationis et eterne remunerationis bonitatem. ¶ Quanto plus fini appropinquas: bonum cum augmento operare. ¶ Dominis disciplina sui intellectus socius est: et apud homines intercessor. ¶ Non fuit mortuus qui scientiam vitificauit. nec fuit pauper qui intellectui dominatus est. ¶ Qui inter sapiētes humilior est: sapientior existit: sicut locus profundior magis abundat aquis alijs lacunis ¶ Non disseras nisi cum eo qui veritatem concedit: nec respondeas nisi a te querenti consilium: ⁊ cupide recipienti. ¶ Tuum consilium non committas nisi qui ipsum celauerit. ¶ Qui in mundo permanere voluerit: cor patiens aduersitatibus preparet. ¶ Parua domus est dolor minor. ¶ Plus gaudeas q̄ non dixisti errorem: q̄ş q̄ bene dicendo non tacuisti. ¶ Cum iraſceris non extendas manū ad peccandū. ⁊ cum dimissio vindicte non fuerit debilitas: parce. ¶ Ultime hominis promissiones cane sunt. ¶ Iustorum corda secretorum sunt monumenta. ¶ Qui per alios non corrigitur: nec alij per ipsum corrigentur. ¶ Manus intellectuum: animarum tenent habenas. ¶ Vulgi habenas regere melius est q̄ş multos habere milites. ¶ Fiducia est socius solans: quā licet non consequaris: eam tñ angariasti. ¶ Securitas solitudinis dolorē remouet: ⁊ pauor multitudinis cōsolationē aufert. ¶ Inter boies altior existit mūdo: qui nō curat ī cuius manu sit mūdus. ¶ Inuido videtur q̄ ablatio boni alterius sit sibi bonum. ¶ Boies lucrantur census: ⁊ census lucrant boies. ¶ Qui scientiā suam vltra astutiā que in ipso est extendit: est sicut pastor debilis cum multis ouibus. ¶ Qui in dignitate sua multum extollitur: in amissione eius multū deprimitur. ¶ Qui male operando vult celari: satis discoopertus est. ¶ Qui in mendacio cōfidit: tempestiue deficiet ei. ¶ Meditatio veritatis existit clauis. ¶ Intercessor est petentis ala. Anima non egredietur a fiducia vsq̄ş ad mortem. ¶ Anima ignorās suo socio magis inimicatur. ¶ Quidam rex inuitauit Ptolemeū ad prandium. qui rogans foze se excusatū: dixit Regibus contingit fere quod contingit considerantibus picturas. que cum a longe videntur placent: propinque vō non dulcescunt.

Comptoris ac despotici. regis ptholomej.

Liber hic Almagesti preclarissimi Ptolemei pheludiensis

Liber hic Almagesti preclarissimi Ptolemei pheludiensis Uniuersam celestium motuum rationem tredecem dictionibus seu partialibus libris:cētū ⁊ quadraginta quattuor capl'is ꝺstātibus aptissime cōplectit. In quarū cuiusq; dictionū frōte capl'a quibus eadē cōterta fuerit:pari huic serie se offerēt.

¶ Dictio prima quattuordecim capitulis constat.

¶ Capitulum primum in quo scientie hui⁹ ad alias excellentiā: ⁊ finis eius vtilitatē ꝺicā.
¶ Capitulum secundum de ordinibus modorum huius scientie
¶ Capitulum tertium quomodo scitur q; motus celi sit sphericus
¶ Capitulum quartum de eo quod indicat q; terra sit spherica
¶ Capitulum quintum de eo quod indicat q; terra sit in medio celi.
¶ Capitulum sextum de eo quod indicat q; terra sit sicut punctum apud celum
¶ Capitulum septimum q; terra localem motum non habeat
¶ Capitulum octauum q; primi motus qui sunt in celo sunt duo.
¶ Capitulum nonum de scientia quantitatis chordarum partium circuli.
¶ Capitulum decimum quomodo tabule chordarum partium circuli fiant.
¶ Capitulum vndecimum de positione arcuum ⁊ chordarum eorum in tabulis
¶ Capitulum duodecimum de arte instrumenti quo scitur quantitas arcus qui est inter duos tropicos.
¶ Capitulum tredecimum de scientia quātitatū arcuum qui sunt inter orbem equationis diei: ⁊ inter orbem medij signorum:qui sunt declinationis.
¶ Capitulum quartūdecimum de scientia quantitatū arcū equatiōis diei: qui eleuātur in sphera directa cum arcubus orbis signorum datis.

¶ Capitulum primum De scientie huius ad alias excellentia:⁊ finis eius vtilitate.



Onū scire fuit quod sapientibus non deuiantibus visum est: cū partē speculationis a parte operatiōis diuiserūt:que sunt due sapiētie partes. Licet enī cōtingat vt operatiōe sit speculatio prius: iter eas tamen non parua existit differētia. Nō solum quia etsi quorūdam morum honestatem possibile sit pluribus hominibus inesse absq; doctrina: non tamen totius scientiam absq; doctrina comprehendere est possibile: Uerum etiam quia plurimū vtilitatis ꝺsistit:in opatione quidē ꝓpter plurimam perseuerātiam agendi in rebus: et in scientia quidem propter augmentuz in scientia. Quapropter nobis visuz est expedire nobis vt sciamus metiri opationem cū doctrina principioꝝ eoꝝ que reperiuntur in imaginatione ⁊ intellectu. ne quid desit ex inquisitiōe totius:pulchre rei:decentis forme:ſm mēsurationis bonitatē.neq; in minimis rebus neq; in vilibus.⁊ vt expendamus plurimum nostri ocij ⁊ plurimum nostri studij in disciplina scientie magne ⁊ excelse:⁊ precipue que propzie nominatur scientia. ¶ Q̄ q̄z bonum fuit q; Aristoteles diuisit theoricam:cum eam in tria prima genera distribuit. In naturale videlicet doctrinale:⁊ theologicū. Generatio nāq; oīs generati ex materia est ⁊ forma ⁊ motu. Neq; est possibile vt in aliquo noto:vnūq̄q; horū triū solū per se sigillati stans absq; alio videatur.possibile tñ est: vt vnū absq; alio intelligatur. ¶ Q̄ si quis scire querit:que sit p̄ma causa primi motus:affirmabit illi accurati⁹ pscrutāti cū illud ſm ordines suos fuerit declaratum:q; est deus inuisibilis ⁊ immobilis. Species autem theorice qua inquiritur perscrutatio qua scitur quod est in suprema altitudine ordinum mūdi:nominatur Theologica. Et hec quidem intelligitur separatū esse a substantijs sensibilibus. ¶ Species vo theorice qua species materiales inuestigant:semper alterate in album ⁊ nigrū:⁊ calidum ⁊ frigiduz:⁊ acetosum ⁊ dulce:⁊ que his assimilantur:nominatur Naturalis. Hec aūt natura cōsistit in rebus antiquis: quarum plures sub orbe lune mouent:vel que corrumpuntur vel que finiunt. ¶ Speciem vo indicantem demōstrationē specierum formarum:⁊ motus eorum que localiter mouent:⁊ quātitatem:⁊ magnitudinem:⁊ tempus: ⁊ figuram:⁊ que his

similia existunt: sigillatim ponam: & vocabo eam proprie nomine scientie. Et hec quidē natura quasi medium tenet inter illas duas naturas. non tñ quoniam possibile est vt intelligatur ꝑm sensum: sicut species cōprehenditur nālis. & absq; sensu etiā: quēadmodū spēs cō prehēdit theologica: Uerūetiā qz cū i oibus essentijs existit actu: ipsa etiā tēperantia cōiter existit in oibus essentijs mortalibus & īmortalibus: & que corrūpunt & que nō corrūpunt. In eis aūt que corrūpunt existit cū alteratione forme que nō separat a materia. Sed in eis que nō corrūpunt. s. in natura celesti remanet in forma sua absq; alteratiōe. Quapropter' di co q; duo reliqua genera diuisionis theorice sola estimatiōe cognoscuntur: & nō scientie ve ritate cōprehendūtur. Theologicū vz qz nunq; videt neq; comprehenditur. naturale vo propter motionē materie: & leuitatem sui cursus: & velocitatem sue alterationis: & paruitatē sue moze. Quare conuenientia sapientum nunq; in eis expectatur. ¶ Genus vo doctrina le ipsum solum replet eum qui ipsum studiose reponit: & vehementi inuestigatiōe inquirit: scientia permanente vera absq; alteratione & contrarietate. quoniā demōstrationes que in ipso sūt: ꝑm vias sunt in quibus nō est ambiguitas: cum assumantur ex scientia numeri: et mensure. ¶ Nos autem volumus: vt in tota hac scientia inquantū possumus desudemus. & precipue in scientia corpoz celestiū. In hac nāq; scientia semp fit inuestigatio & ꝯsideratio de rebus que semper sunt vno modo. Quapropter possibile est: vt hec scientia per se ipsam cōprehendatur propter sui declarationem: & sui ordinis bonitatē: vno modo semper existentis. quod quidem propriū est sciētie vere. ¶ Hec quoq; non parū valet ad reliquo rum duoz modoz scientie cōprehensionem: & precipue scientie dei excelsi. Ipsa nāq; est scientia & via ad sciendum deum altissimum: propter rationem cum perscrutatione & in tellectu: que et eis similia vere & manifeste significant deum: qui non alteratur: & non mo uetur: neq; est accidens: neq; est factus. quia ipsa nostre scientie quā de deo habemus al tissimo vicina existit: & quia ipsa est semita ducens ad eum. Ipsa namq; sola tñ de rebus semper permanentibus perseueranter inquirit. & est de rebus que sunt ex genere considera tionis eius quod non alteratur. & estimatio ipsius absq; opere vicinatur accidentibus que sunt in reuolutionibus & ordinibus motuū: qui sunt in substātijs sensibilibus mouentibus & motis sempiternis: in quibus non existit diuersitas. ¶ Ad genus quoq; naturale nō par tui extat iuuamini. Uniuersalitas enī proprietatis nature materialis nō videt neq; cōpre henditur nisi ex proprietate conuersionis motus localis. Quapropter & quod corrumpit & quod non corrumpitur: per motum rectum & circularem sentitur. Graue quoq; et le ue: & agens & patiens videntur per motum a medio: & per eum qui est ad medium. ¶ Pre terea in actionibus quoq; & bonestatibus moꝛum laudabilium non est eius necessitas par ua. imo nihil est magis adiuuans ad acuendos oculos mentis nostre & intellectus: ad consi derandū ea que operibus similantur diuinis: ꝓpter bonitatem moderaminis & equalitatis: & paruitatem arrogantie. Et quoniam ipsa facit eum qui perseueranter eam inquirit: hanc celestem pulchritudinem diligere: & ducit eum ad perseuerantiam diuini studij: & coniungit eum ipsi quod anime simile est propter bonitatem forme: & assimilat eum creatoꝛi suo. ¶ Nos autem laboꝛabimus vt in amoꝛe scientie sempiternoꝛum manentiū vsq; ad termi nū quē eoꝛ cōditoꝛ eis iposuit: in sequentibus huius nostri libꝛi addamus. Ea vo huius scientie quoꝛum comprehensio iam completa est a scientibus ea non deuiātibus: scilicet ha bentibus hāc scientiam & inquirentibus eam cum inuestigatiōe & studio addiscemus. Desi deramus vo addere in eis ex declaratione ꝑm mensurā qua possibile fuerit ꝑm tempus qō fuit inter nos & eos. De omnibus vo huius scientie que iam estimamus foze manifesta & posita & certificata apud nos vsq; ad hoc nostrum presens tempus: elaboꝛabimus libꝛum scribere compendiosum absq; disputatōe: & quanto plus possibile est breuem. ꝑm mensurā tamen qua possibile sit subtiles in arte arithmetice eum intelligere. Quia vo tēpoꝛa com plere volumus: ponem⁹ quicq̄d possibile est conferre: et quo indigent ex scientia celesti in loco sibi proprio: & ꝑm suos ordines. Ne autem liber prolongetur: quecunq; verificata sūt ex eis que ab antiquis posita sunt: simpliciter solum pertranseam. Que vo comprehendere non potuerunt: aut aliter q̄ oportuit posuerunt: elaboꝛabo perficere & speculari ꝑm quātita tem nostre virtutis.

¶ Capitulum secundum De ordinibus modoꝛum huius scientie.

Quod prius de hac sciētia est sciēduz vel premittendū: est summa scientie habitudinis mensure totius terre ad totum celum: quecūq; fuerit hec mēsura. Dico ergo q; primū oportet nos in sequentibus ex diuisionibus eius & partibus sumere inuestigationem scientie loci decluis oꝛbis. per quē oꝛbem signoꝛ intelligimus. Et post sciemus que accidūt locis oꝛbis terre habitabilib⁹. Deide post hec sequemur cū diuersitate que est inter hoꝛizōtas eoꝛ ab eis insepabilū: que pueniūt ꝓpo-

Observationes per instrumenta sunt principia astronomie.

pter declinationes: ſm eorum ordines. Poſtq̃ igitur eorum que prediximus ſcientiã premiſerimus: erit inquiſitio eorum q̃ ſunt preter iſta facilioris vie. ¶ Quod vo poſt hoc ad narrandũ ſumendũ eſt: eſt inquiſitio ſcientie motus ſolaris ⁊ lunaris: ⁊ que in eis cõtingũt. Impoſſibile nãq; eſt comprehendere ſcientiam ſtellarum: et que de earum ſcientia explanare volumus: ante horum ſcientie comprehenſionem. Quia igitur ſermo de ſtellis eſt poſtremum quod in ea ſumendũ eſt: ſm q̃ ordinabiliter videtur. tunc vere oportet: vt premittamus de orbe ſtellarum fixarum ſermonem. Deinde conſequet hũc ſermo de quinq; ſtellis: que planete dicuntur. Et laborabimus vt declaremus vnũquodq; eorum que prediximus: ſumendo mentionem inſtrumentorum ⁊ conſiderationum horum per res apparentes ⁊ manifeſtas: in q̃bus nõ eſt dubitatio ex eis que antiq̃ tradiderunt: ⁊ nos poſt ipos experti ſumus quaſi fundamentum ⁊ principia. ⁊ conſtituemus ſuper ea quecũq; ea ſequuntur: ſm ſemitas demonſtrationum menſurabilium.

¶ Capitulum tertium Quo ſcitur q̃ celum ſit ſphericum: ⁊ motus eius circularis.

Summa vero eius qõ narrãdo opor tet nos ꝓponere: ẽ qõ referã. Dico q̃ celũ ſit ſphericũ: et motꝰ eiꝰ ẽ ſphericus. Et q̃ etiã figura terre cũ omnibꝰ ſuis ꝓtibus ſm ſenſum ſit ſpherica. Et locus eius i medio totiꝰ celi. Et q̃ ipſa ſm magnitudinẽ ⁊ ſpaciũ eſt quaſi punctum quãtum ad orbem ſtellarum fixarum. Et q̃ ipſa non habet motũ localẽ. ¶ Et ꝓmittã paucos ſermões ſm demõſtrationẽ de vnoquoq; eoꝝ q̃ ꝓdixim⁹ ad rememorãdũ. Primũ qõ itellexerũt antiqui de his q̃ ꝓdixim⁹ vere fuit hoc qõ dicã ex conſiderationibꝰ doctrinaliũ per inſtrumenta poſt longa tẽpora. Uſi conſiderationes intelligi volumus q̃s doctrinales poſt longa tẽpora per inſtrumẽta experti ſunt. Uidebant enim q̃ ſol ⁊ luna ⁊ reliqe ſtelle mouebantur ſemper ab oriente ad occidẽtem ſuper orbes adinuicem equidiſtantes: incipientes ab infimo inferiori: ⁊ paulatim eleuabantur ad ſupremaz altitudinem: ac ſi eleuarẽtur a terra. Deinde poſt hoc vno moderamine ad infimũ inferius deſcenderent: donec eſſent quaſi cadentes in terrã: ⁊ occiderent omnino in ea. Deinde paruo tempore poſt hoc morarentur occulte ⁊ elongate: poſt etiã orirentur ⁊ occiderent: ac ſi alterum haberent principium. Et inueniebant hec tempora que erant motuũ earum ab oriente in occidentem: ⁊ ab occidente in orientem cum menſuratione alternata. ¶ Plurimũ vo qõ perdurit eoꝝ itellectus ad affirmãdũ figurã celi eſſe ſphericã: fuit reuolutio ſtellaꝝ ſemp appentiũ: que videnꝫ in circulis ſuis reuolui ſup vnũ cẽtrũ. Neceſſario igiꝫ opꝛ vt pũctũ illud qõ eſt cẽtrũ: ſit polus ſphere celeſtis. Et videbãt q̃ quecũq; ſtellaꝝ magis appropinquãt pũcto: in circulis reuoluebanꝫ breuioribus. ⁊ quecũq; earum ſunt a pũcto remotiores: reuoluebantur in circulis maioribus: ſm menſuraz ꝓpinquitatis ⁊ remotionis: donec elongatio perueniat ad eas que occultantur. Et videbant q̃ earum que occultantur: quecũq; ꝓpinquiores exiſtũt ſemper apparẽtibus: minus morant in occaſu. ⁊ que ſunt remotiores: magis morantur: ſm quantitatem ꝓpinquitatis ⁊ remotionis. Hec ergo ⁊ eis ſimilia ſunt prima ſolum que eorum intentiones confirmauerunt: ⁊ in eorũ cogitationibus fixerunt q̃ figura celi eſſet ſpherica. ¶ Poſt hec vo reliqua indicantia hoc idem: que ſequuntur iſta: ſunt que nos ſcimus: q̃ quecũq; videmus in eo ex rebus apparentibus ſignificant ꝛrariũ eius in quo ꝛradicentiũ conſiſtit opinio. Et hoc eſt: vt ponamus q̃ hõ dicat q̃ motus ſtellarũ ſit ſm rectitudinẽ vſq; in infinitum: quemmadmodũ quidam eſtimauerunt. Poſſibile ergo nobis eſt vt dicamus: Si ita eſt: qũo poſſibile eſt vt quelibet earꝫ ſingulis diebus ſup nos oriaꝫ ab ortu cuiuſq;: Et qũo eſt poſſibile vt ad ortũ ſuum redeat: cũ eius motus ſit ſm rectitudinem vſq; in infinitum: Et qũo ſi reuertiꝫ: nõ videmus ſm rectitudinem redire: Et qũo non alteraꝫ eius longitudo: ⁊ non minuitur ex ipſius magnitudine ⁊ lumine paulatim: ⁊ poſtea occidit: Nos vo huius contrarium videmus: quoniam apud occaſum ſuum augmentatur: demũ fruſtatim minuitur: ac ſi a ſupficie terre ſecareꝫ. ¶ Uerum q̃ etiam dicunt: q̃ ipſe accẽdantur a terra: ⁊ poſt hoc extinguanꝫ in ea: Oſtendã q̃ ſermo hꝰ omni ignorantia maior exiſtit. Q̃ ſi nos conceſſerimus: q̃ hec menſuratio magna ⁊ excelſa: que eſt in magnitudine menſurarum earum ⁊ quantitatum ⁊ longitudinum ⁊ locorum ⁊ tempõrum ſit vana ⁊ falſa: ⁊ q̃ ſit natura quorũdam finium terre accendens: ⁊ quorundam extinguens: ſed ⁊ locus quibuſdam hominibus ſit accenſus: quibuſdam extinctus. ⁊ q̃ quedam ſtelle ipſemet quibuſdam hominibus ſint accenſe: ⁊ quibuſdam extincte: ⁊ quibuſdã neutre: nõ accenſe nec extincte: erit hoc totũ derisio ⁊ illuſio dicẽtis ipm. Quid q̃ dicẽt de ſp apparẽtibꝰ: q̃ nõ oriunꝫ neq; occidũt. Apparentes aũt q̃ nõ oriunꝫ ⁊ occidunt in quibuſdã locis: nõ ſemp apparẽt in omni loco ſupra terrã. Et omnino manifeſtũ eſt q̃ ſtelle ille in quibuſdã locis oriunꝫ ⁊ occidũt: ⁊ in quibuſdã nec oriunꝫ nec occidunt. ob q̃s cauſas nõ

erũt stelle accẽdẽtes ⁊ extinguẽtes oriẽtes ⁊ occidẽtes semper in omni loco supra terram. Uniuersaliter autem dico q̃ quãcũq; figurã aliquis dixerit motus esse celestis pzeter sphericam: necessarium erit: vt sint spacia que sunt a terra vsq; ad loca altiora diuersa: vbicunq; sit terra: siue in medio: siue a medio totius remota. Quapzopter oportebit vt videamus magnitudinem mensure stellarum ⁊ intervalla earum adinuicem diuersa in loco vno in omni reuolutione: eo q̃ q̃dq; sint in longitudine maiora: ⁊ q̃dq; in lõgitudine minora. Et sic oportebit vt sit declinatio signi in suo cursu quandoq; remotioris interualli: q̃dq; viciniozis. Nos vo nihil horum videmus. ¶ Quod autem videmus ex augmento magnitudinis earũ cum sunt apud horizõtas: non demõstrant nobis sic esse propinquitas earum: ⁊ paruitas lõgitudinis earum ab horizonte: sed est quasi simile ei qõ in aqua ponitur. Uidetur enim maius: ⁊ quanto plus in pzofundum mergitur: augmẽtat eius magnitudo. ¶ Demõstrat etiã affirmandũ esse figuram celi sphericam: qm̃ cõuenientia cõsiderationum per instrumẽta nõ est possibilis: nisi sm̃ hunc modum ⁊ hanc figuram tm̃. ¶ Nunc quoq; dicemus sm̃ nam̃ sermonem. Celestis nãq; motus leuior est omni motu ⁊ velociꝰ absq; tarditate ⁊ pzohibitione. Et figurarum velociozis motus ex superficialibus est circulus: ⁊ ex corporeis est sphera. Et quia figure plurium laterum que sunt in circulis equalibus: plures habentes angulos sũt eis maiores: est circulus maiꝰ figuris superficialibus: ⁊ est sphera maiꝰ figuris corporeis. Celum igitur est maius corporibus que sunt pzeter ipsum. ¶ Ad hoc quoq; sciẽdum reperimus sẽmitam ex rebus naturalibus. Ether nãq; tenuior est ⁊ subtilior omnibus corporibus alijs: ⁊ vehementius similis adinuicem. Cuius autem partes ad inuicem sunt similes: eius superficies adinuicem similantur. Superficies vo quarum partes adinuicem assimilantur: oue tm̃ sunt. Ex superficialibus circulus: ⁊ ex solidis sphera. Quia igitur ether non est superficialis: ⁊ neq; est nisi corporeus: oportet tũc vt sit sphericus. Nos quoq; reperimus corpa naturalia terrena: grossa: antiqua: spissa: corruptibilia: alterata: diuersarũ partiũ: facta sm̃ figuras ⁊ circulos non adinuicem similes. ⁊ reperimus celestia subtilia: similiũ partium: sempiterna: habitudinis vnius: que ostitit in ethere: facta sm̃ sphẽrã. Si enĩ essent plana: ⁊ ad modum rerum alia cooperientium facta: non quicunq; ea viderent: viderent ea in vna hora: neq; ex partibus terre diuersis viderẽt ea rotunda. Quapropter oportet vt q; ether ea cõtinens in sui natura est sphericus: et quia eius partes sunt similes: fit ipsius motus circularis sm̃ equalitatem.

¶ Capitulum quartum De eo quod indicat q̃ terra sit spherica.

Eclarat nobis q̃ terra cũ oĩbus partibus suis sit sphere figure sm̃ sensum. Quia videmus solem ⁊ lunam ⁊ reliquas stellas non in omni loco oziri ⁊ occidere in vna hora: immo oriuntur ⁊ occidunt pzius apud orientales: ⁊ postremo apud occidentales. Hoc autem scimus: quoniam reperimus considerationes temporũ eclypsiũ: ⁊ precipue lunarium: que sunt in momento vno: scriptas in libris antiquorum: qui eas considerauerunt: in horis diuersis: non equalibus: incipientes oẽs a meridie. Et innenimus pzincipium horarum que sunt in libris orientalium antiquorũ qui considerauerunt eclypses: ante pzincipiũ earum que sunt i libris occidentaliũ. Postq; igit innenimus diuersitatem que est inter horas: sm̃ quãtitatẽ longitudinũ que est inter loca: tunc verificatur nobis vt existimemus superficiẽ terre esse sphericaꝫ. Non enim hoc accideret nisi terra spherica foret. Gibbositas nãq; que est ab omnibus partibus eius adinuicem similibus: est que cooperit lumẽ ⁊ fiunt tenebre. Deinde appet augmẽtũ ⁊ diminutio in eis que sequuntur partium ipsius sm̃ mensurationem vnam: Qõ si figura terre non foret spherica: non esset ita. ¶ Pzeterea possibile nobis est vt sciamus hoc ex eo qõ dicã: qõ est: Si terra foret concaua: videremus stellas oziri pzius apud occidẽtales. Et si esset plana: orirentur super omnes inhabitantes terram in vna hora. Q̃ si esset triangulata: aut quadrata: aut alterius figure poligonie: oirentur stelle etiam super omnes inhabitantes in superficie vna: ⁊ super vnam rectam lineã in vna hora. Nos autem nihil horũ videmus. Neq; etiã est vt colũna longitudinis vnius circularis: cuius rotunditas sit superficies plana ad orientẽ ⁊ occidentem: cuius due superficies extremitatum eius sint super duos polos mundi: est hoc sit qõ veritati similius existimeꝫ. Si.n. hoc ita foret: nullus habitatiũ super eius gibbositatem: aliquã stellarum semper apparentiũ videret semper. Et omnes stelle orirentur ⁊ occiderent semper super omnes homines. pzeter stellas equalis longitudinis ab vtroq; duorũ polorum. ipse nam̃q; essent apud omnes homines semper occulte. Nos autem videmus q̃ quanto plus imus ad plagam septẽrionalez sm̃ quãtitatẽ nostri incessus in eam augmentatur quod occultatur a nobis ex stellis meridianis: ⁊ qõ apparet nobis ex stellis septẽrio-

nalibus. Declarat igit nobis p eqlitatē ei⁹ qō gibbositas terre nobis occultat his duab⁹ partibus: cum adinuicem comparantur in omnibus earuz plagis: q ipsa est rotunda. ¶ Similr quoqz cum nos in aqua imus ad montes: aut ad loca alta: que sint specule a quibuscunqz horizontibus veniamus: z apud quoscūqz fuerim⁹: videmus magnitudinē z quātitatem eorum paulatim eleuari a mari: z quasi ante hoc fuissent summersa. Ergo declaratur nobis q hoc est propter gibbositatem superficiei aque.

¶ Capitulum quintum De eo qō indicat q terra sit in medio celi.

QUōqz scimus z nouim⁹ hoc. tūc si scire cupierimus locū terre: in his que narrabimus non complebitur eius scientia per hoc qō apparet nobis in ea: sicut videmus z reperimus: nisi cum affirmauerimus locū eius mediū celi sicut centrū in sphera tenere. Nisi enim ipsa sic fuerit: necessarium erit: vt aut terra sit egressa ab axe: equalis longitudinis ab vtroqz duoruz polorū. Aut sit super axem: neqz sit eius longitudo ab vnoquoqz duoruz polor equalis. Aut sit egressa ab axe: magis appropinquans vni polor. ¶ Quod autem destruit sermonem dicētis: q locus eius sit primus trium: est qō narrabo. Si imaginaremur eam cum hominibus ad superiora eleuatam: aut cum eis ad inferiora demersam a medio: comitaret illos cum eēnt i orbe recto: ne noctis z diei equalitas semp apud eos esset: eo q horizon secaret qō ex celo esset sup terrā z sub ea absqz equalitate semper. Et cū essent in loco vbi est sphera decliuis: accideret eis: vt aut nullo modo apud eos dies z nox equarentur. aut si apud eos esset equalitas: non fieret hoc in trāsitu medij inter tropicum estiualem z tropicum hyemalē. eo q hec duo spacia necessario essent inequalia. quoniā circulus quez horizon secaret tunc in duo media: non esset circulus equalitatis: qui est maximus eorum qui reuoluūtur sup duos polos motus totius. sed esset vnus circuloruz qui equidistat ei: aut ex eis qui ab eo sunt septētrionales: aut ex eis qui sunt ad meridiem. Apud vō omnes homines iam affirmatum est: q hec duo spacia in omni loco equalia existūt: propter hoc q inuenerūt additionem diei equalis in longitudine sua: quousqz perueniatur ad illum cuius longitudo est longior in tropicis estualibus: eē equalē diminutioni in longitudine sua: quousqz perueniatur ad illuz cuius breuitas est breuior in tropicis hyemalibus. Q si imaginaremur terram inclinatam cum hominibus ad plagam orientalem vel occidentalem: contingeret eis: ne viderent magnitudines stellarum: neqz earum longitudines equales z sm vnum modum in horizonte matutinali z horizonte vespertino. Neqz esset apud eos tempus quod est ab oriente ad medium celi equale tempori qō est a medio celi ad occidentem. Hoc autem totum diuersum est ab eo qō videmus. ¶ Illud quoqz quo annihilatur sermo dicentis: q locus terre est scōs triuz. s. q est super axē: z inclinata est ad vnum duorum polorum: est qō narrabo. Si hoc modo esset: superficies horizontis in omni climate non secaret qō est super terrā neqz qō est sub ea ex celo sm equalitatem: sed semper secaret ipsum sm diuersitatem multis modis. quorū quilqz in seipso diuersificaret: z quorum quilqz esset absqz alio. Neqz esset possibile vt horizon secaret celum in duo media: nisi trū in orbe recto. In circulo autem decliui: qui propinqor est duorum polorum: semper faceret apparere q minueret qō esset sup terrā: z augmentaretur qō esset sub terra semper. Quapropter superficies hui⁹ horizontis secaret circulum maiorē qui transit supra medium signoruz absqz equalitate. Hoc autem est quod non sic apparet. Omnes enim homines semper vident sex signa supra terram apparere: z sex reliqua occultari z celari. Deinde post hoc apparent illa sex occulta super terrā: z occidūt alia sex residua. Propter hoc igitur declaratur: q horizon secat etiam partes orbis signoruz in duo media. quoniam vnaqueqz medietatū duarum orbis apparet integra supra terram semel: z occultatur sub ea semel. ¶ Sūma vō eius qō accideret: nisi locus terre esset sub linea equationis diei: sed esset inclinata ad vnum duorum polorum: ad septētrionē. s. aut ad meridiem: est q non esset vmbra instrumentorum orientalium in equalitate diei cum vmbra instrumentorum occidentalium supra vnam lineam rectam super superficies equidistantes horizonti. Nos autem videmus eorum equalitatem supra vnam lineam i omni loco. Et ex hoc demōstratur q non affirmatur sermo dicentis: q locus terre est tertius trium quos diximus. Quicquid enim accidit contrarium ei quod videmus in duobus locis primis: adunatur in tertio. Dico autem confidenter: q alteraretur z omnino mutaretur totum qō apparet ex mēsuratione augmenti z diminutiōis in nocte z die: si locus terre non esset mediuz. Neqz eēnt eclypses lunares in omnibus plagis celi in oppositione solis z lune supra diametrū. Multotiens enim nō obumbraret eā terra in trāsitu oppositionis: neqz nisi in spacijs que essent minora medietate circuli.

¶ Capitulum sextum De eo qđ indicat q terra sit vt punctum apud celum.

Dicimus quo scitur q terra fm sensum quātū ad spaciū qđ peruenit a centro totius ad orbē stellarū fixaruz sit sicut punctum: est q magnitudines quantitatum stellarū: z interuallorū que inter eas existunt: videntur in omnibus plagis celi vbicūqz terrarū in eadem hora equales z similes. quēadmodum inuenimus considerationes que sunt in diuersis climatibus non diuersas neqz in aliquo decipientes. ¶ Instrumētis quoqz vmbrarum que ponuntur in quibuslibet plagis terre: z in centris orbiuz qui sunt ex armillis similibus vero centro terre in potentia: apparēt que videnť z reuolutio vmbre z motus eius ad omnem partē similia rebus apparentibus absqz deceptiōe: ac si ipsa trāsirent supra punctuz medij terre. ¶ Manifestius autem indicium q hoc sit sicut diximus est: q superficies que egrediuntur a nostris visibus vbiqz: que nominantur horizontes: semper secant spheram celi in duo media. hoc autem impossibile esset: si magnitudo terre sensibilis foret quantum ad celeste spacium. Neqz nisi superficies que transit super centrum terre solum secaret orbem in duo media. Superficies vo que transiret super quemlibet locum superficiei terre alium: faceret semper partes que essent sub terra maiores eis que supra ipsam eēnt. Sed non sic videtur. ergo zc.

¶ Capitulum septimum De eo qđ indicat q terra motum localem non habeat.

Quemadmodū in p̄cedentibus oñdimus q terra nō egredieť a cētro: ita declarabiť: nō esse possibile vt terra ad aliquam suarum plagarum moueatur: z q omnino non moueatur a loco centri. Eadem nāqz accidentia contingerent: que euenirent: si non mediū locus eius esset. Quapropter estimaui: q inuestigare cās motus qui est ad medium: superfluum est z vanū post illud qđ iam semel ostēsum est de hoc: q videť q terra sit in loco medij mundi: z q grauia omnia vndiqz ad ipsam festinanter tendant. ¶ Facilius autem quod apparet ex eis que vicinius sumuntur ad inueniendum qđ diximus: cum eo qđ iam ostensuz est de hoc: q terre figura sit spherica: z locus eius medium totius: est q declinatio z motus corporum grauium propriius: z partes motus ad terrā in omni hora z in omni loco sunt fm rectos angulos sup superficiem fixam contingentem rem cadentem. Manifestum est autem postq̄z hoc est fm q diximus: q tendentia ad terram motu suo peruenenirent ad centrum: nisi esset q terre superficies recipit ea: z secat ante hoc. z etiam quoniaz linea recta que p̄secando peruenit ad centrum: semper orthogonaliter existit supra superficiem sphere celestis cōtingentis lineam. ¶ Qui aūt existimauerūt mirabile esse: vt cū corpus terre supra rem aliquam non fit situm: stet z non summergatur nec inferius descendat ppter sue grauitatis magnitudinez vel multitudinem: errauerunt eo q posuerunt considerationem fm q eis accidit: z non fm q proprietati totius accidit. Q; si concederent q magnitudo terre cum comparatur ad magnitudinem totius corporis ipsam continentis: est eius quātitas ad ipsum sicut punctum: nō affirmarent eorum miraculū. Viderent enim q hoc modo est possibile: vt illud quod est in vltimitate paruitatis fm comparationem ad id quod est in vltimitate magnitudinis: fit contentum: donec in loco suo remaneat. ppter hoc q illud quod est in vltimitate magnitudinis: sustētat qđ in circuitu eius est: qđ est in vltimitate paruitatis vndiqz z impellit equaliter z similiter. Mundus enim in seipso neqz superius habet neqz inferius. quare nullus eorum que in ipso sunt: dicendum est esse supra ipsum: neqz sub ipso. quemadmodum nihil eorum que in sphera sunt dicitur. Naturalium autem que in ipso sunt: possibile est vt fit motus fm quantitatem eorū nature propriā: videlicet leuia z subtilia: cum sint ex eis que ascēdunt z eleuātur: fit eorum motus z intentio ad superiora sicut egrediētis ad circūferentiam. Et omnis qđ quidem ad superiora capitis nostri tendit (quod nominatur superius) est intētio z motus ad superficiem continentem. Spissorum vo z grauium intentio z motus fit ad medium z centrum. z estimatur vt eorum intentio z casus fit ad inferiora. Quod enim pedibus nostris subest (quod nominatur inferius) est ad centrum terre. Quapropter motus vere fortiores sunt: z aggregank mota: z stant fixa in medio ex sustentatione z coangustatione vel fulcimento z impulsione eorum adinuicem ab omnibus partibus equaliter z similiter. Quare fit vt res graues etsi sint parue: consequantur terram: cuius ipsius fit magna quantitas apud quantitatē eius quod ad ipsam tendit. cum ipsa sit fixa: recipiens totuz qđ ad eam cadit ex omnibus partibus. ¶ Q; si terre z reliquorum corporum grauiuz que sunt preter eam esset motus vnus cōis: terra propter superfluitatem sue molis z grauitatis vinceret oīa grauia que sunt preter ipsam: z inferius iret. z remanerent animalia z relique species grauium fita in aere. et terra velociter omnino caderet: z pertransiret celum solū. Tamē

Sequitur vo hoc:qñ cum fuerit hic arcus.g.b.solum notus,ꝛ fuerit ꝓportio chorde dupli arcus.a.g.ad chordã dupli arcus.a.b.nota.scietur arcus.a.b. Qõ sic ꝓbat Protrahã nãq; in figura sili huic forme etiam a puncto.d.semidiametrum.d.b.et perpendicularẽ ad chordam.b.g.que sit.d.r. Angulus ergo.b.d.r. cuius basis est medietas arcus.b.g.erit notus.quapropter totus triãgulus.b.d.r.ortogonius est notus. Et qꝛ proportio.g.e.ad.e.b.est nota:ꝛ chorda.g.b.est nota:sciem⁹ ex hoc.ẽ b.ꝛ p cõsequẽs totã lineam.e.b.r. Et qñ.d.r.est nota:erit angulus.e.d.r.trianguli.e.d.r. ortogonij notus.ꝛ scimus angulum.e.d.b.residuũ:cuius quantitas est arcus.a.b.quem querebamus.


Oꝫ postq̃ premisimus hec antecedẽtia:describam in superficie spherica arcus orbium maiorum qui sint arcus.a.b.ꝛ.a.g.ꝛ arcus.b.e.ꝛ.g.d.sese secantes supra.r. Et sit quisq; arcuũ minor semicirculo. Hãc vo exceptionem cõmendabimus memorie in omnibus formis. Dico igitur q̃ proportio chorde dupli arcus. g.e. ad chordam dupli arcus.e.a.aggregatur ex proportionibus duabus.ex proportione chorde dupli arcus.g.r.ad chordã dupli arcus.r.d.ꝛ ex proportione chorde dupli arcus.d.b. ad chordam dupli arcus.b.a. Qõ sic probatur. Ponam enim cẽtrum sphere.h.ꝛ protraham a cẽtro ad pũcta.b.ꝛ.r.ꝛ.e.vbi se secãt circuli:lineas.h.b.ꝛ.h.r.ꝛ.h.e.ꝛ protrahã chordã. a. d.ꝛ pducã h.b.que est medietas diametri:donec cõcurrãt supra punctum.t.ꝛ protrahabam duas lineas g.a.ꝛ.g.d.secãtes duas lineas.b.r.ꝛ.h.e.supra duo puncta.k.ꝛ.l.fiunt ergo in linea vna recta tria puncta:que sunt.t.ꝛ.k.ꝛ.l.qñ ipsa simul sunt in superficie trianguli.a.g.d.ꝛ in superficie circuli.b.r.e. De ergo due superficies se secãt in linea.l.k.t.cum ergo hec linea protrahetur:due linee.t.l.ꝛ.g.d.se secabũt iter duas lineas.t.a.ꝛ.g.a.ꝛ erit earꝫ sectio supra.k. Manifestũ est g̃.q; ꝓportio.g.l.ad.a.l.aggregat ex duab⁹ ꝓportionibus.ex ꝓportiõe.g.k.ad.k.d. ꝛ ex ꝓportiõe.d.t.ad.t.a. ꝓportio aũt.g.l.ad.l.a.ẽ sicut ꝓportio chorde dupli arcus.g.e.ad chordã dupli arc⁹.e.a.sicut ostẽsũ ẽ i pmo q̃ttuor circulorũ p̃cedẽtiũ hãc figurã.ꝛ ꝓportio g.k.ad.k.d. est sicut ꝓportio chorde dupli arcus.g.r.ad chordã dupli arcus.r.d. ꝛ ꝓportio d.t. ad.t.a.ẽ sicut ꝓportio chorde dupli arcus.d.b.ad chordã dupli arcus.b.a.quẽadmodũ ostensum est in tertio q̃ttuor circulorũ p̃cedentiũ hanc figurã.ergo proportio chorde dupli arcus.g.e.ad chordã dupli arcus.e.a.aggregatur ex duabus proportionib⁹.ex proportione chorde dupli arcus.g.r.ad chordã dupli arcus.r.d.ꝛ ex proportiõe chorde dupli arcus.d.b. ad chordam dupli arcus.b.a. Ex eo aũt quod demonstratũ est ex proportionibus linearũ i forma superficiali p̃cedẽte declarat: q; ꝓportio chorde dupli arcus.g.a.ad cordã dupli arc⁹ a.e.aggregat ex duab⁹ ꝓportionib⁹.ex ꝓportione chorde dupli arcus.g.d.ad chordã dupli arc⁹.d.r.ꝛ ex ꝓportiõe chorde dupli arc⁹.r.b.ad chordã dupli arc⁹.b.e. Et h̃ itẽdim⁹ ꝓbare.


Capitulum tredecimum De scientia quãtitatũ arcuum qui sunt inter orbem equationis diei:ꝛ orbem medij signorum qui sunt declinationis.

Tpostq̃ premisimus hoc capitulũ: ostendemus primũ demonstrationes super hos arcus:quemadmodum narrabo ꝛ exemplificabo. Describam ergo orbẽm quẽ reuoluũt duo poli simul:polus orbis equationis diei: ꝛ polus medij orbis signorũ. Et signabo super ipsum.a.b.g.ꝛ describã in eo medietatẽ orbis equationis diei:supra quã sint.a.e.g.ꝛ medietatẽ orbis medij signorum: supra quã sint.b.e.d.qui se secent supra punctum.e.qõ sit punctũ equationis diei vernale Et sit tropicus hiemalis punctũ.b.ꝛ tropicus estiualis pũctũ.d. Et ponam vt polus orbis equationis diei sit punctum.r.arcus.a.b.g.ꝛ ponam vt arcus.e.b.qui est orbis signorum: sit triginta fm quantitatem qua orbis maior est,360.ꝛ describam arcum.r.b.t.qui sit orbis magni. ꝛ inuestigabo scientiam arcus.h.t. Et qꝛ abhorreo iterare sermonem in omni hora: Dico ergo q; cum nos nominamus in hoc loco: ꝛ in omni eius sili:qui est ex eis quos declaraturi mus: numerũ partium arcuum:aut partium chordarũ: nolumus intelligere per partes arcuũ nisi illas que sunt ex partibus maioris.s.circuli.360.ꝛ per partes chordarum nisi illas que sunt ex.120.partibus diametri circuli. Et qñ in forma horum orbiũ maiorum inter duos arcus a.r.ꝛ.a.e.sũt duo arcus.r.t.ꝛ.e.b.sese supra.h.secantes: fit vt ꝓportio chorde dupli arcus.r.a.ad chordam dupli arcus.a.b.aggregetur ex duabus proportionibus. ex proportione corde dupli arcus.r.t.ad chordã dupli arcus.t.b.ꝛ ex proportione chorde dupli arcus.b.e.ad chordam dupli arcus.e.b. Jã aũt sciuimus q; duplũ arcus.r.a est.180.ꝛ chorda eius.120.ꝛ duplum arcus.a.b.fm q; considerauimus ꝛ conuenimus supra ipsum: fm









proportionē. 11. ad. 83. est. 47. partes. ꝛ. 42. m̄. ꝛ. 40. ꝝ. et est eius chorda. 48. ptes et. 31. minuta et. 55. secūda. et duplū arcus. b. e. est. 60. partes. et eius chorda est. 60. partes. et duplū arcus. e. b. est. 180. partes. et eius chorda. 120. partes. ☞ Cum ergo nos proiecerimus ex proportione. 120. partiū ad quadragintaocto partes et. 31. minuta et. 55. secunda: proportionem. 60. ad. 120. remanebit proportio chorde dupli arcus. r. t. ad chordam dupli arcus t. b. que est proportio. 120. ad. 24. partes. ꝛ. 15. minuta. ꝛ. 57. secunda. Duplū ꝟo arcus. r t. est. 180. ꝛ ei⁹ chorda. 120. linea ergo que subtēditur duplo arcus. t. b. fm illas ptes est. 24. partes. ꝛ. 15. minuta. ꝛ. 57. secūda. ꝛ similiter erit duplum arcus. t. b. 23. partes. ꝛ. 19. minuta. ꝛ. 59. secunda. ꝛ erit arcus. t. b. fm illas partes vndecim partes. ꝛ. 40. minuta vicinius. ☞ Ponā etiā vt arcus. e. b. sit. 60. ptes. ꝛ dimittā que sunt preter ipsum in forma fm habitudinem suam. Fiet ergo duplum arcus. e. b. 120. partes. ꝛ chorda eius. 103. partes. ꝛ. 55. minuta ꝛ. 23. secūda. ☞ Cū ergo nos proiecerimus ex proportione. 120. partium ad. 48. partes ꝛ. 31. minuta ꝛ. 55. ꝛ. proportionē. 103. ptiū ꝛ. 55. minutoꝝ ꝛ. 23. secūdoꝝ ad. 120. remanebit proportio chorde dupli arcus. r. t. ad chordam dupli arcus. t. b. que est proportio 120. ad. 42. partes ꝛ minutū vnū. ꝛ. 48. secunda. ☞ Chorda autem dupli arcus. r. t. est. 120. Quapropter erit chorda dupli arcus. t. b. fm illas partes. 42. partes. ꝛ minutū vnū ꝛ. 48. secunda. ergo duplū arcus. t. b. erit. 41. partes ꝛ cifre ꝛ. 18. secunda. ꝛ arcus. t. b. fm illas partes. erit. 20. partes ꝛ. 30. minuta. ꝛ noue secunda. Et illud est quod voluimus demōstrare. ☞ Similiter referemus partes arcuū: ꝛ scribemus numerū earū in tabulis recipiētibus numerū quarte: que est. 90. partes. Et scribemus post vnūquēq; arcum ex latere consequentē numerum partium declinationis ipsius. ☞ Tabularum autem descriptio erit sicut ego describam post hunc sermonem.


☞ Tabule quantitatum arcuum orbis meridiei: qui sunt inter orbem eq uationis diei et orbem medij signorum: qui sunt declinationis.

Partium orbis medij signorum Numeri cōes.			Declinationes.			Partium orbis medij signorum Numeri cōes.			Declinationes.			Partium orbis medij signorum Numeri cōes.			Declinationes.		
Partes			ptes	m̄	ꝛ	Partes			ptes	m̄	ꝛ	Partes			ptes	m	ꝛ
359	♈	1	♓ 0	24	16	329	♉	31	♍ 12	1	21	299	♊	61	♐ 20	42	55
358		2	0	48	31	328		32	12	22	31	298		62	20	55	18
357		3	1	12	47	327		33	12	43	29	297		63	21	7	19
356		4	1	37	0	326		34	13	4	16	296		64	21	18	56
355		5	2	1	12	325		35	13	24	48	295		65	21	30	9
354		6	2	25	22	324		36	13	45	7	294		66	21	40	58
353		7	2	49	30	323		37	14	5	13	293		67	21	51	23
352		8	3	13	35	322		38	14	25	4	292		68	22	50	24
351		9	3	37	37	321		39	14	44	42	291		69	22	11	0
350		10	4	1	38	320		40	15	4	5	290		70	22	20	11
349		11	4	25	32	319		41	15	23	12	289		71	22	28	56
348		12	4	49	24	318		42	15	42	4	288		72	22	37	17
347		13	5	13	11	317		43	16	0	40	287		73	22	45	11
346		14	5	36	53	316		44	16	18	59	286		74	22	52	40
345		15	6	0	30	315		45	16	37	2	285		75	22	59	42
344		16	6	24	1	314		46	16	54	48	284		76	23	6	18
343		17	6	47	26	313		47	17	12	16	283		77	23	12	28
342		18	7	10	45	312		48	17	29	27	282		78	23	18	11
341		19	7	33	57	311		49	17	46	19	281		79	23	23	27
340		20	7	57	3	310		50	18	2	53	280		80	23	28	16
339		21	8	20	0	309		51	18	19	7	279		81	23	32	38
338		22	8	42	50	308		52	18	35	3	278		82	23	36	33
337		23	9	5	32	307		53	18	50	39	277		83	23	40	1
336		24	9	28	5	306		54	19	5	54	276		84	23	43	0
335		25	9	50	29	305		55	19	20	50	275		85	23	45	33
334		26	10	12	43	304		56	19	35	25	274		86	23	47	38
333		27	10	34	48	303		57	19	49	38	273		87	23	49	15
332		28	10	56	42	302		58	20	3	31	272		88	23	50	25
331		29	11	18	27	301		59	20	17	1	271		89	23	51	6
330	♍	30	♐ 11	39	59	300	♑	60	♒ 20	30	9	270	♋	90	♑ 23	51	20

Capitulum decimumquartum de scientia quantitatis arcuum equationis diei: qui eleuant in sphera directa cum arcubus orbis signorum datis.

Et post hoc demonstrabo numerū quātitatū arcuū eqtionis diei: quos separāt orbes descripti super duos polos eqtiois diei: z sup partes datas orbis signorū. Et per hoc scies in quāto tpe tepoz horarū equaliū ptrāseūt ptes date orbis signorū orbē meridiei in omni loco: z ptrāseunt horizōta sphere recte. Et hoc est qm apud illum tm est horizon descriptus supra duos polos equatiois diei.

Ergo describā formam cuius declaratio precessit. z ponam primum arcū. e. b. orbis signorū. 30. partes: z perscrutabor inuētionē arcus. e. t. orbis eqtionis diei. Scom illud ergo qō premisimus: proportio chorde dupli arcus. r. b. ad chordam dupli arcus. b. a. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus. r. b. ad chordam dupli arcus. t. b. z ex proportiōe chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. Duplum vō arcus r. b. est. 132. ptes. z. 17. minuta. z. 20. secūda. z chorda eius est. 109. partes. z. 44. minuta. z 53. secūda. z duplum arcus. b. a. est. 47. partes. z. 42. minuta. z. 40. secunda. z eius chorda 48. partes. z. 31. minuta. z. 55. secunda. Duplum quoq; arcus. r. b. est. 156. partes. z. 40. minuta z duo secūda. z eius chorda est. 117. partes. z. 31. minuta. z. 15. secunda. z duplū arcus. b. t. est. 23. partes. z. 19. minuta. z. 59. secūda. z chorda eius. 24. partes. z. 15. minuta. z 57. secūda. Cum ergo nos proiecerimus ex proportione. 109. partium z. 44. minutorum z 53. secūdorū: ad. 48. partes. z. 31. minuta. z. 55. secūda: proportionem. 117. partium. z. 31. minu. z. 15. secūdorū: ad. 24. partes. z. 15. minuta. z. 57. secunda. remanebit pportio chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. z ipsa est proportio. 54. partium. z. 52. minutoz. z. 26. secundoz. ad. 117. partes. z. 31. m̄. z. 15. ē. z est etiam proportio. 56. partium z vnius minuti et. 53. secūdoz ad. 120. Duplū vō arcus. e. a. est. 180. z ei⁹ chorda est. 120. ergo chorda dupli arcus. t. e. fm illas partes est. 56. partes. z minutum vnum z. 53. secunda. Quapropter erit duplū arcus. t. e. 55. partes. z. 40. minuta vicinius. z. t. e. fm illas ptes erit. 27. partes. z. 50. minuta. Ponā etiam arcum. e. b. 60. partes. z dimittā reliqua que sunt in forma fm suam habitudinem. Erit igitur duplum arcus. r. b. 138. partes. z. 59. minuta. z. 42. secunda. z eius chorda. 112. partes. z. 23. minuta. z. 56. secunda. z duplum arcus. b. t. 41. partes z cifre. z. 18. secunda. z eius chorda. 42. partes z minutū z. 48. secunda. Ergo cū nos etiā proiecerimus ex ppoztiōe. 109. ptiū. z. 44. m̄. z. 53. secun. ad. 48. partes z 31. m̄. z. 55. ē. proportionē. 112. ptiū et 23. m̄. z. 56. secū. ad. 42. ptes z. 1. m̄. z. 48. ē. remanebit proportio chorde dupli arcus. t. e. ad chordā dupli arcus. e. a. q̄ ē proportio. 95. partiū et. 2. m̄. z. 41. secun. ad. 112. ptes. z. 23. m̄. z. 56. ē. q̄ ē etiā sicut proportio. 101. ptiū z. 28. minutorum z. 20. secundoz. ad. 120. partes. Chorda aūt dupli arcus. e. a. est. 120. quapropter erit chorda dupli arcus. t. e fm illas partes. 101. partes z. 28. minuta z. 20. secūda vicinius. z arcus. t. e. fm illas partes. 57. partes z. 44. minuta. Jā ergo declaratū est: q̄ prime. 12. partium orbis signorum tempus eleuationis equatur tempori eleuationis. 27. partium z. 50. minutoz partium orbis equationis diei fm hunc modum. Et secūde. 12. partiū orbis signorum tempus eleuationis equatur tēpori eleuationis. 29. partium z. 54. minutorū partiū eqtionis diei. Jā enim ostēsum est: q̄ ipe simul sunt. 57. ptes z. 44. minuta. Et manifestum est: q̄ tertie. 12. partium orbis signorum tēpus eleuationis equatur tēpori eleuationis residui quarte orbis equationis diei: qō est. 32. partes z. 16. minuta: propter hoc q̄ tēpus eleuationum cuiusq; quarte orbis decliuis equatur tēpori eleuationū cuiusq; q̄rte orbis equationis diei: cū fuerint eleuationes orbium descriptoz̄ supra duos polos orbis equationis diei. Scom hūc vō modū z hanc declarationē sciemus numerū partiū arcuū orbis equationis diei: que eleuantur cū omnibus decē partibus orbis decliuis. eo q̄ arcus qui sunt minus decē partibus: non multum diuersificātur ab arcubus equalibus augmentis superfluētibus. Et affirmabo portionē partiū orbis equationis diei debitam omnib⁹ decem partibus orbis decliuis: pertrāsire cū omnibus decem partibus orbis decliuis lineā orbis meridiei in omni loco: z pertransire horizontē sphere recte. Et incipiam decē primas partes a puncto equationis diei. Igit portio orbis equationis diei que debet decē primis partibus orbis signorū: est nouē tēpora z decē minuta. Et secūdarū decem portio est nouē tempora z. 15. minuta. Et portio decem tertiarum est nouē tēpora z. 25. minuta. Cum ergo aggreganē portiōes decenarū pme. 12. partiū sunt. 27. tēpora z. 50. minuta. Portio vō decene quarte est nouē tēpora z. 40. minuta. Et portio decene quinte est nouē tēpora et 58. m̄. Et portio decene sexte est decē tēpora z. 16. m̄. Cū ergo aggregātur decene partis secunde orbis decliuis: sunt. 29. tēpora z. 54. minuta. Portio aūt decene septime est decē tēpora z. 34. m̄. Et portio octaue decene est. 10. tempora z. 47. minuta. Et portio none decene est. 10. tēpora z. 55. minuta. Quapropter cū aggregātur portiōes decenarum tertie. 12.



partium:cuius finis est pūctū tropici:sunt.32.tēpora ⁊.16.minuta. Et conuenit vt sit portio.90.que est totius quarte portio.90.tēpora. Et propter hoc manifestū est: ꝙ reliquę q̄rte sil̄r sunt. Unāquāq; enī quartā comitat qō comitat aliā:ideo ꝙ orbis equatiōis diei erigitur sup horizontē hominū inhabitantiū spherā rectam absq; declinatione.

Expleta est dictio prima libri almagesti Ptolemei.

CL. Ptolemei Pheludiensis Dictio secūda libri Almagesti Tredecē capitulis constans Auspicato prodit.

Capitulum primum de scientia locorum habitabilium terre.
Capitulum secundum qualiter sciantur quantitates arcuum circuli horizontis:qui sunt inter orbem equationis diei et orbē decliuem:propter quātitatē diei lōgioris dati.
Capitulum tertium qualiter sciatur altitudo poli per hos arcus cum ponūtur:⁊ propter quantitatē diei longioris:cum fuerit datus:⁊ econuerso.
Capitulum quartum qualiter sciatur quas terras inhabitēt illi:supra summitatē capitū quorum sol trāsit:⁊ quando:⁊ quotiens sit illud.
Capitulum quintum qualiter sciantur proportiones instrumentorum ad vmbras suas in orbis signorū equalitate diei:⁊ in tropicis duobus in medietatib⁹ diei per quedā que prediximus cum fuerint data.
Capitulum sextū de modo proprietatū linearū orbiū equidistātiū orbi equationis diei.
Capitulum septimū de scientia partium orbis equationis diei:que eleuātur cum partibus orbis signorum in spbera declini.
Capitulum octauum de modo positionis tabularum eius qō eleuatur de orbe equationis diei cum omnibus decē partibus orbis signorum in locis orbium equidistantium.
Capitulū nonū de diuisione eorū que sequunt scientiā eleuationū:⁊ specificatione eor.
Capitulum decimum de scientia angulorum prouenientium inter orbem signorum ⁊ orbem meridiei.
Capitulum vndecimum de scientia angulorum prouenientiū inter orbem signorum ⁊ lineam circuli horizontis.
Capitulum duodecimum de scientia angulorum prouenientiū inter orbem declinem ⁊ orbem descriptum super duos polos horizontis.
Capitulum tredecimum de positione tabularum arcuum ⁊ angulorum quos narrabimus in orbibus equidistātibus.

Capitulum primū De scientia habitabilium terre.



Post ea que narrauimus in dictione prima Almagesti de forma totius:⁊ cōmunitate eorū que sunt in ea sicut principia ⁊ antecedentia: ⁊ que necessitas sit eius: ⁊ que estimauimus vtilia in hac scientia ex eis que accidunt in orbe recto: Studebimus vt ostendamus etiam in sequentibus plurimū eorum que accidunt in orbe declini prout leuius possibile est. Et hic quoq; sūma eius qō p̄mittendū est:est ꝙ terra diuiditur ī quattuor q̄rtas:quas separāt orbis equationis diei:⁊ vnus orbium descriptorū supra polos eius.⁊ ꝙ vna quartarum quarū septētrionaliū cōtinet fere totā terrā habitabilem quā scimus. Illud autem duobus modis declaratur. Quorū vnus est propter latitudinem:que est spacium quod est a meridie ad septentrionem. quoniam vmbre instrumentorum quibus fit consideratio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinatio erit ad septentrionem: neq; vnq̄ declinabit ad meridiem. Alter vo propter longitudinem: que est spacium quod est ab oriente ad occidentem. quia eclypses:⁊ precipue lunares:que sunt in hora vna:vident illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus:⁊ in extremitate occidentis eius non antecedentes neq; subsequentes plus duodecim horis equalibus. Totum vo spaciū quarte in longitudine est

duodecim horarū. qm̄ vna duarū medietatū orbis equationis diei cōprehēdit ipsum. Diui/siones aūt quas oportet nos scire: ⁊ qō estimamus occuriēs ei qō est necessarium in hoc li bro: sunt scientia eius quod accidit in locis habitabilibus: que sunt sub vnoquoq; orbium eq̄distātiū ⁊ equidistātiū orbi eq̄tiōis diei. Et hoc est quāta sit lōgitudo duox polorū sphe re p̄me ab horizōte. Aut quāta sit lōgitudo p̄cti: qō est supra summitatē capitū in orbe me ridiei: ab orbe equationis diei. Et in quibus locis currat sol supra summitatē capitū: ⁊ quan do ⁊ quotiens sit illud. Et que sit proportio instrumentorum ad vmbras suas: per que consi deratur in equalitate diei ⁊ in duobus tropicis in medietatibus diei. Et quantum addat dies lōgior: ⁊ minuat dies breuior de die equali. Et preter hoc que sint augmēta: ⁊ diminu/tiones que accidūt nocti ⁊ diei. Et que sint diuersitates eius cum quo eleuatur equator diei ⁊ orbis decliuis: ⁊ cū quo occultātur ambo. Et que sint proprietates angulox prouenientiū ex sectione orbiū maiox: ⁊ magnitudines eorū: ⁊ oia que ex eis stingūt ⁊ que in eis accidūt.

¶ Capitulum secundū Qualiter sciātur quātitates arcuū circuli horizontis: qui sunt inter orbē eq̄tionis diei ⁊ orbē decliuē pp quātitatē diei lōgioris cū fuerit datus: ⁊ econuerso.




Uius itaq; exemplum ponam line am que est supra rhodū equidistantem orbi equationis diei vbi est alti tudo poli. 36. partes. ⁊ in quo dies longior. 14. horas ⁊ medietatē ho/re ex horis equalibus habet. Et describam propter hoc meridiei orbem supra quē sint. a.b.g.d. ⁊ describam in eo medietatē circuli horizontis orientalis: supra quā sint. b.e.d. ⁊ medietatem orbis equationis diei: su pra quā sint. a.e.g. ⁊ signabo supra polum meridianum. r. ⁊ supra ortum tropici hiemalis orbis signorū. h. ⁊ describā supra duo puncta. r. et. h. arcum. r h. t. ⁊ ponam longitudinē diei longioris: ⁊ inquiram quantitatem arcus. e. h. circuli horizontis. Et q; reuolutio sphere nō est nisi super duos polos equationis diei: Tūc manifestum est: q̄ duo puncta. h. ⁊. t. cadunt simul in tempore vno super arcum. a. b. orbis meridiei propter motum sphere. Tempus au tem puncti. h. qō est ab oriente ad mediū celi qō supra terram est: est quātitas arcus. t. a tēpus vō a medio celi sub terra ad oriēs: est quantitas arcus. g. t. ⁊ sequitur hoc vt sit tēpus diei quantitas dupli arcus. t. a. ⁊ tempus noctis eriſtat quātitas dupli arcus. g. t. Sectiones enī orbiū eq̄distantiū orbi equationis diei separate sūt supra terram ⁊ sub terra. eo q̄ orbis me ridiei secat eos omnes in duo media ⁊ duo media. Quapropter erit arcus. e. t. qui est medie tas superflui qō est inter longiorē diem vel breuiorem ⁊ inter equalitatem: hora ⁊ quarta horę: in loco huius linee: ⁊ illud est. 18. tempora ⁊. 45. minuta. Arcus aūt residuus ad cōplē dam quartam: qui est. t. a. erit. 71. tempora ⁊. 15. minuta. Scōm ergo q̄ iam precessit ex de claratione: iam secant se inter duos arcus orbium maiorum: qui sunt. a. e. ⁊. a. r. duo arcus e. h. b. ⁊. r. h. t. supra. h. ergo proportio chorde dupli arcus. e. a. ad chordam dupli arcus. a. t. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus. t. r. ad chordam dupli arcus. r. h. et ex proportiōe chorde dupli arcus. h. b. ad chordā dupli arcus. b. e. Duplū aūt arcus. t. a. est. 142. partes ⁊. 30. minuta. ⁊ eius chorda est. 113. partes ⁊. 37. minuta et 54. secūda. ⁊ duplū arcus. a. e. est. 180. partes ⁊ ei⁹ chorda. 120. Duplū quoq; arcus. t. r. est 180. partes. ⁊ eius chorda. 120. partes. ⁊ duplum arcus. r. h. est. 132. partes ⁊. 17. minuta ⁊. 20. secūda. ⁊ eius chorda. 109. partes ⁊. 44. minuta. ⁊. 53. secunda. Cum ergo proieceri/mus ex proportione. 113. partium ⁊. 37. minutox ⁊. 54. secundox ad. 120. proportionem 120. ad. 109. partes ⁊. 44. minuta ⁊. 53. secunda: remanebit proportio chorde dupli arcus h. b. ad chordam dupli arcus. b. e. que est proportio. 103. partiū ⁊. 55. minutorum ⁊. 23. se/cundorū ad. 120. Chorda vō dupli arcus. b. e. qm̄ ipse est quarta circuli est. 120. ergo chor da dupli arcus. h. b. fere ſm illas part es est. 103. partes ⁊. 55. minuta ⁊. 23. secunda: qua propter erit duplum arcus. h. b. 120. partes. ⁊ arcus. h. b solum ſm illas partes. 60. partes. remanet ergo arcus. e. h. ſm illas partes. 30. partes: ſm quantitatem qua circulus horizon est. 360. partes. Et hoc est qō oportuit nos demonstrare.

¶ Capitulum tertium Qualiter sciatur altitudo poli propter hos arcus cū ponūtur: ⁊ pro/pter quantitatem diei longioris cum fuerit datus: ⁊ econuerso.




Et ergo illud datū. ⁊ inuestigemus inuentionē altitudinis poli: que sit arcus. b. r. orbis meridiei. Erit ergo in hac forma proportio chorde dupli arcus. e. t. ad chordā dupli arcus t. a. aggregata ex duabus proportionibus. ex proportiōe chorde dupli arcus. e. h. ad chordam dupli arcus. h. b. et ex proportione chorde du/pli arcus. b. r. ad chordā dupli arcus. r. a. Duplum vō arcus. e. t. est. 37. partes ⁊. 30. minuta. ⁊ eius chorda est. 38. partes ⁊ triginta quattuor minuta ⁊. 22. secun/da. ⁊ duplū arcus. t. a. est. 142. partes ⁊. 30. minuta. ⁊ chorda eius. 113. partes ⁊. 37. minu ta ⁊. 54. secunda. Duplū quoq; arcus. e. b. est. 60. partes. ⁊ chorda eius. 60. partes. ⁊ duplū




Si qua propo. fuerit cō ta ex duabꝫ Conuersā eius reponet ex illaꝝ cōuersis, q̄ pter id in textū Compo nentes sint conuerse Necesse est et supposita esse Conuersa. Id q̄ ipse indicat textus. Undetota depravata est.

arcus.b.b.est.120.partes.7 eius chorda.103.partes 7.55.minuta 7.23. secunda. Cū ergo proiecerimus ex proportione.38.partium 7.34.minutorum.7.22.secūdorum ad.113. partes 7.37.minuta 7.54.secunda:proportionē.60.partium ad.103.partes 7.55.minuta 7.23.secunda:remanebit proportio chordę dupli arcus.b.r.ad chordam dupli arcus.r.a. que est proportio.70.partium 7.33.minutorum ad.120.partes vicinius. Chorda quoq; dupli arcus.r.a.est.120.partes.ergo chorda dupli arcus.b.r.fm illam quātitatem est.70. partes 7.33.minuta. Quapropter erit duplum arcus.b.r.72.partes 7 vnū minutū.7 arcus b.r.solum fm illam quantitatem.36.partes vicinius.



Secundum huius quoq; conuersionem in hac forma ponam arcum.b.r.qui est altitudo poli data triginta sex partes.7 inquiram inuentionē superflui quod est inter quantitatē diei longioris 7 breuioris:7 inter equalitatem.7 illud est duplum arcus.e.t. Quapropter erit proportio chordę dupli arcus.b.r.ad chordā dupli arcus b.a.aggregata ex duabus proportionibus.ex proportione chordę dupli arcus.r.b. ad chordam dupli arcus.b.t.7 ex proportione chordę dupli arcus.t.e.ad chordam dupli arcus.e.a. Duplum aūt arcus.r.b.est.72.partes.7 chorda eius.70.partes et.32.minuta et.3. secūda. et duplum arcus.b.a.est.108.partes.et eius chorda est.97.partes et.4.minuta et.55. secūda. Duplum quoq; arcus.r.b.est.132.partes et.17.minuta et.20.secunda.et chorda eius est.109.partes et.44.minuta et.53.secunda.et duplum arcus.b.t.est.47.partes et.42.minuta et.40.secūda.et eius chorda est.48.partes et.31.minuta et.55.secūda. Cū ergo proiecerimus ex proportione.70.partium et.32.minutor et trium secundorū ad.97.partes et 4.minuta et.55.secunda:proportionem.109.partium 7.44.minutor 7.53.secundorum ad.48.partes et.31.minuta et.55.secūda.remanebit proportio chordę dupli arcus.t.e.ad chordam dupli arcus.e.a.que est proportio.31.partium et.11.m̄.et.33.secundorū ad.97. partes et.4.m̄.et.55.ē. Hoc nāq; ꝓpinquius est proportioni.38.partiū et.34.m̄.ad.120. Chorda autem dupli arcus.e.a.est.120.sit ergo chorda dupli arcus.e.t.fm illā quantitatē 38.partes 7.34.m̄.quapropter duplum arcus.e.t.erit.37.partes et.30.m̄.vicinius.et ipse sunt due hore et dimidia ex horis equalibus. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Similiter quoq; sciemus arcū h.e.horizontis.eo q; proportio chordę dupli arcus r.a.ad chordam dupli arcus.a.b.datā:aggregatur ex duabus proportionibus:scilicet ex ꝓportiōe chordę dupli arcus.r.t.ad chordā dupli arcus.t.b.que est data:7 ex proportione chordę dupli arcus.e.b.ad chordā dupli arcus.e.b. Arcus vō.e.b. est datus:remanet itaq; quātitas arcus.e.b.data. Manifestū est igit̄:q; ꝫ illud cuius inquiritur sciētia:nō sit punctū tropici hiemalis:qō est.b.ꝫ sit illud qō est de partibus circuli signorum:vt est.e.sil̄r etiam scientur duo arcus.e.t.7 e.h.eo q; nos iam premisimus tabulam declinationis cuiusq; partium orbis signor ab orbe equationis diei in orbe meridiei: 7 illud est oppositum.h.t.ex arcubus.



Sequitur autem illud:vt orbes equidistantes orbi equationis diei:qui secant partes orbis signorum:equalis lōgitudinis a puncto cuiuslibet duorum tropicorum: secent etiam ex horizonte vtriq; arcus equales:in quibuscunq; duarum partium fuerint orbis equationis diei.7 fiant quantitates noctis 7 diei equales: omnis scz quantitas sue oppositę. Et declaratur cū hoc etiā:vt orbes equidistantes orbi equatiōis diei:equalis longitudinis a quolibet duorum punctorū equantiū diē:sil̄r secēt ex horizonte arcus equales ab vtriſq; lateribus orbis equationis diei.7 sint quantitates noctis 7 diei in illis alternate. Et hoc est:q; si nos signauerimus in hac forma punctum.k. supra quod secet orbis eq̄distās orbi equationis diei:eq̄lis descripto supra.h.medietatē circuli horizontis:supra quā sint.b.e.d.7 cōpleuerimus duos arcus.h.l.7.k.m.qui sint due sectiōes duor orbiū equidistantium ecōtrario.quos manifestum est esse equales.7 descripserimus supra k.7 supra polū septētrionalē:qui sit pūctū.q.quartā orbis:supra quā sint.k.n.erunt duo arcus.a.t.7.n.g.equales:ideo q; ipsi sunt similes arcubus duobus.l h.7.m.k.quiſq; videlicet suo relatiuo.7 remanebit arcus.e.t.equalis arcui.e.n.residuo.7 erūt duorum triangulorum e.h.t.et.e.k.n.duo latera vnius:duobus lateribus alterius eq̄lia: videlicet.e.t.equale.e.n.7 h.t.equale.k.n.7 angulus.t.equalis angulo.n.quapropter erit basis.e.h.equalis basi.k.e. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.


Capitulum quartum Quo sciuntur prouincie in quibus sol trāsit supra summitatem capitū illas inhabitantium:7 quando:7 quotiens sit illud.

Manifestū est igitur q; nunq; sol currit supra summitatē capitum habitātiū in locis que sunt sub lineis equidistantibus orbi equationis diei:que plus elōgantur ab orbe equatiōis diei q̄ sit lōgitudo puncti tropici estiualis.que est.23.partes.51.minuta 7.20.secūda. Supra summitatē vō capitū inhabitātiū loca que sunt sub linea equidistāti orbi equationis diei:cuius longitudo ab equatio-

ne diei est partes iste: currit sol semel in anno: cum est in puncto tropici estiualis. Sed supra summitatē capitū inhabitātiū loca que sunt sub lineis equidistantibus equationi diei quoꝝ longitudo ab ea minor est bis ptibus: sol bis in anno currit. ¶ Qñ vo illud erit: quo leuius inuenitur a nobis est: vt intremus numerū partium longitudinis linee ab equatione diei equidistantis ei: in linea secunda tabule declinationis. ⁊ cōsideremus qō est coram ea cōsequēter in linea prima ex numero partium quarte. Cū enim solis longitudo ab vnoquoq; duorum punctorum equātiū diem ad partē tropici estiualis fuerit equalis illis ptibus in longitudine: tunc sol curret supra summitatē capitū eoꝝ qui sunt sub illa linea.

¶ Capitulum quintum Qualiter sciātur proportiones instrumētorum ad vmbras suas in equalitate diei: ⁊ in duobus tropicis: in medietatibus dierū: per quedā predicta: cum fuerint data.

FAcilius quoq; quo sciūtur proportiones vmbre ad instrumēta: postq; iam scimus quantitatē arcus q̄ est inter duos tropicos: ⁊ arcus qui est inter horizontē ⁊ inter duos polos: est quemadmodum narrabo. ¶ Describam orbem meridiei: supra quē sint. a. b. g. d. supra centrum. e. ⁊ ponam pūctū quod est supra summitatem capitum. a. ⁊ protrabam diametrū. a. e. g. ⁊ producam a. g. in superficie orbis meridiei lineam ortogonaliter: supra quā sint. g. k. r. n. Manifestum est igitur: q; hec linea equidistat linee: que trāsit supra duo puncta: supra que se secant orbis meridiei ⁊ circulus horizon Et qñ quantitas totius terre: apud quantitatem orbis solis: est sicut punctum ⁊ centrum ſm sensum: ponam centrum. e. caput instrumenti. ⁊ imaginabor instrumentum lineam. g. e. sitq; linea. g. k. r. n. supra quā cadit extremitas vmbre in medietatibus dierū. Et sit radius solis in die breuiori: ⁊ in die longiore: ⁊ in die equali trāsiens supra pūctum. e. Et sit radius solis in die equali linea. b. e. d. r. ⁊ radi⁹ eius in die longiore linea. b. e. t. k. ⁊ radi⁹ eius in die breuiori linea. l. e. m. n. Sitq; linea. g. k. vmbra diei lōgioris. ⁊ linea. g. r. vmbra diei equalis. ⁊ linea. g. n. vmbra diei breuioris. Et q; arcus. g. d. equatur altitudini poli septētrionalis ab horizonte in hoc climate. que est. 36. partes: ſm quantitatē qua circulus est. 360. partes. ⁊ vnusquisq; duorum arcuū. t. d. ⁊. d. m. est ſm illam quātitatē. 23. partes. ⁊. 51. minuta ⁊. 20. secunda. Ergo manifestum est: q; arcus. g. t. residuus est 12. partes ⁊. 8. minuta ⁊. 40. secūda. Sed totus arcus. g. m. ſm illam quantitatem est. 59. partes ⁊. 51. minuta ⁊. 20. secunda. Quapropter erunt anguli qui sunt sub eis: ſm quātitatē qua q̄ttuor anguli recti sunt. 360. partes ita. s. erit angulus. k. e. g. 12. partes ⁊. 8. minuta ⁊. 40. secunda. ⁊ angulus. r. e. g. 36. ptes. ⁊ angulus. n. e. g. 59. partes ⁊. 51. minuta ⁊. 20 secūda. Scōm quātitatē vo qua duo anguli recti sunt. 360. partes: erit angulus. k. e. g. 24. partes ⁊. 17. minuta ⁊. 20. secunda. ⁊ angulus. r. e. g. ſm illam quantitatem. 72. partes. ⁊ angulus. n. e. g. 119 partes ⁊. 42. minuta ⁊. 40. secunda. Arcus ergo qui sunt portiones circuli descripti supra tres angulos: supra quos sunt. k. e. g. ⁊. r. e. g. ⁊. n. e. g. ortogonios: erunt sic: videlicet erit arcus qui est supra lineam. g. k. 24. partes ⁊. 17. minuta ⁊. 20. secunda. ⁊ ille q̄ est supra lineam. e. g. qui est id quod minuit ex semicirculo: erit ſm quantitatē illam. 155. partes ⁊. 42. minuta ⁊. 40. secūda. Et ille qui est supra lineam. g. r. erit. 72. partes. ⁊ ille qui est supra lineam. g. e. erit ſm illā quātitatem. 108. partes. Et ille qui est supra lineā. g. n. erit 119. partes ⁊. 42. minuta ⁊. 40. secunda. ⁊ ille qui est supra. g. e. qui est id quod minus est etiā ex semicirculo. 60. partes ⁊. 17. minuta ⁊. 20. secūda. Scōm quantitatē ergo qua. g. k. erit. 25. partes ⁊. 14. minuta ⁊. 43. secunda: erit. g. e. 117. partes ⁊. 18. minuta ⁊. 51. secunda. Et ſm quantitatē qua etiam. g. r. erit. 70. partes ⁊. 32. minuta ⁊. 3. secunda: erit. g. e. 97. partes ⁊. 4. minuta ⁊. 55. secunda. Et ſm illam quātitatem qua est. g. n. 103. partes ⁊. 46. minuta ⁊. 16. secunda: erit. g. e. 60. partes ⁊. 15. minuta ⁊. 42. secūda. Scōm illā ergo quātitatē qua instrumentū. g. e. erit. 60. partes: erit vmbra. g. k. estiualis. 12. partes ⁊. 55. minuta. Et erit vmbra. g. r que est diei equalis. 43. partes ⁊. 35. m̄. fere. Et erit vmbra. g. n. biemalis. 103. partes ⁊. 20. minuta propinquius. ¶ Quapropter ſm cōuersionē declarabitur nobis: q; cum due triū proportionū instrumēti. g. e. ad vmbras suas fuerint scite: quecunq; due fuerint: scientur per illud altitudo poli: ⁊ quod est inter duos tropicos. Qñ cum sciti fuerīt duo triū angulorū: quicūq; duo fuerint scietur reliquus angulus: propter hoc q; duo arcus. t. d. ⁊. d. m. sunt equales. Verū acceptio inuentionis vere ſm considerationē ad sciēdum duos arcus: in qua nō est dubitatio: est ſm modum quem premisimus. Scire autem illud propter proportiones instrumētorum ad vmbras suas: non est ita certum: eo q; tempus vmbre equalitatis in se non est discretum. ⁊ extremitates capitum vmbrarum biemalium in ea difficulter comprehenduntur.



¶ Capm sextum De modo proprietatū linearū orbiū equidistātiū orbi equationis diei.

AB huius autem similitudinem in reliquis lineis equidistantibus equationi diei accipiam summã proprietatũ earum. ⁊ ponam superfluum declinationis aliarũ ab alijs quartã horæ: que sit horarum equalium. in hoc nãq; existit sufficientia. Et narrabo summam eorũ que in eis contingunt. Et ante diuisionem huius et partitionem etiam incipiam loqui de equidistanti que est sub equatione diei: quam inuenimus finem meridiei a tota quarta terre habitabilis. Hec autẽ sola tñ facit diẽ ⁊ noctẽ in oĩbus diebus anni equales semper. qm̃ in ea tñ secat circulus horizon omnes orbes equidistantes equationi diei in duo media ⁊ duo media. Et sunt omnes portiones eorum que sunt super terram sĩles ⁊ equales portionibus eorum que sunt sub terra. Qõ equidẽ est qõ nõ cõtingit in aliquo eorum orbium maiorũ declinatorum ab equatiõe diei. Orbem vo equatiõis diei: qui est ex magnis orbibus: circulus horizon solum secat in duo media in omni loco terre. ⁊ equantur dies ⁊ nox in eo: ⁊ sunt equales ſm sensum vbiq; terrarum. qm̃ circulus horizon est etiam ex magnis circulis. Unumquẽq; autem orbium ei equidistãtium ab eo declinatorum: qui sunt preter ipsum in parte habitabili: ⁊ in parte meridiei: horizon secat in duas portiones diuersas. Et erũt portiones que sunt supra terram: eorum qui sunt in parte meridiei ab eo: minores eis que sunt sub terra. ⁊ erunt dies breuioris tẽporis noctibus. Sed quecũq; portiões sunt ex eis qui sunt ex pte septẽtrionis ab eo: erũt ſm conuersionem eius: erũt scilicet portiones que sunt supra terram: maiores eis que sunt sub terra. Et erũt dies longioris temporis noctibus. Et vmbra huius linee equidistantis in sphera terre equatiõi diei declinat ad ambas partes. qm̃ trãsitus solis erit supra summitatẽ capitum eorum qui sunt sub ea: duabus vicibus: scilicet in duobus locis sectionum circuli equationis diei ⁊ circuli decliuis. Et tũc tñ erũt instrumenta in medietatibus dierũ nõ habentia vmbram. Quando vo fuerit cursus solis in medietate orbis signorum septentrionali: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partem meridiei. Et cum fuerit cursus solis in medietate orbis signorum meridiana: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partẽ septẽtrionis. Et erit quantitas vmbre estiualis ⁊ biemalis in hoc loco ſm quãtitatẽ qua erit longitudo instrumentorũ. 60. partes. 26. partes ⁊ medietas partis propinquius. ¶ Totũ autem quod narrabimus in omni sermone nostro de quãtitate vmbre: nõ erit nisi de vmbra meridiei. Et nos non accipere possumus veritatem meridiei: neq; in duobus punctis equalitatis: neq; in duobus punctis duorũ tropicorũ. sed tamẽ cum nos acceperimus vmbram in his tẽporibus apud horã meridiei: erit ꝓpinquum veritati: neq; variabitur in aliquo: cuius quantitas sit sensibilis. Et erit cursus stellarũ: que sunt super hanc lineam: supra summitatẽ capitum eorũ qui habitant sub ea. Et clare manifestum est: q; stelle celi eis oriuntur omnes ⁊ occidunt. qm̃ duo poli sphere in veritate circuli horizõtis nõ describunt orbẽ equidistantẽ eq̃tioni diei semper apparẽtem: neq; semper occultum: secantẽ orbẽ meridiei. ¶ Quidã aũt dicunt: q; possibile est: vt illud qõ est sub hac linea equidistãte ex terra sit habitabile: ideo q; eius complexio est valde bona: eo q; sol nõ prolonget obumbrationẽ suam supra puncta summitatis capitum: propter velocitatem sue declinationis in latitudine ab eq̃tione diei. Et propter hoc sunt estas ⁊ biems bone complexionis: propter breuitatem longitudinis solis a sũmitate capitũ: qm̃ est in vtrisq; tropicis. Hoc aũt qõ dicimus: est ſm estimationem ⁊ putaſ. Utrũ vo illud qõ est sub hac linea habitetur: nos huius scientiã non cõprehendimus. qm̃ aliq; non puenit ad eam: qui sunt in nostris regionibus habitabilibus: vsq; ad diem hũc nostrum. Proprietates aũt que sunt sub hac linea eq̃distante circulo eq̃tionis diei: absolute dico q; sunt be, q̃s narrauimus. ¶ Reliquarũ vo equidistantiũ eq̃tioni diei: in quibus possibile est scire: q̃ sint regiões ⁊ loca que sub eis habitãtur: narrabo summã ꝓprietatis cuiusq;: ne reiteremus sermonẽ in hora omni. Stelle q̃ sunt supra sũmitates capitum in vnaquaq; linea earum: sunt que secant de orbe descripto supra duos polos eq̃tionis diei: arcus inter stellas ⁊ orbẽ eq̃tionis diei: equales spacio: qõ est inter lineã ⁊ orbẽ equationis diei. Et q; circulus semper apparens est: cuius centrum est polus equationis diei septẽtrionalis: descriptus ſm longitudinem altitudinis poli ab horizonte: erunt stelle quas iste continet circulus: semper apparẽtes. Stelle autem semper occulte sunt: que sunt in circulo cuius centrum est polus equationis diei meridianus: descripto ſm longitudinẽ depressionis poli ab horizonte.

¶ De secunda.

LInea vo equidistans secunda est: cuius longioris diei longitudo est. 12. horæ ⁊ q̃rta horæ: que sunt de horis equalibus. Et eius spaciũ ab equatione diei est q̃ttuor partes ⁊ quarta partis fere: descripta supra insulã berbenis. que est ex lineis: i quibus declinãt vmbre meridiei ad duo latera. qm̃ sol obumbrat supra summitatem capitum eor qui sunt sub ea: bis in anno. Instrumẽta vo seu gnomones nõ habebunt vmbram in medietatibus diei: cũ fuerit spacium solis a tropico estiuali ad quãlibet duarum partium. 79. partes ⁊ me

dietas partis. Cū ergo fuerit transitus solis et ipse in his. 159. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridiei in medietatibus dierum. Et cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in. 201. partibus residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem septētrionis in medietatib⁹ dierū. Et erit in hoc loco vmbra equalitatis quattuor partes: ⁊ tertia partis: ⁊ tertia quarte partis vicinius: ꝑm quantitatē qua erunt gnomones. 60. partes. Et erit vmbra estiualis. 21. ptes ⁊ tertia ptis vicini⁹. Et vmbra hiemalis. 32. ptes vicinius. ¶ De tertia.

Linea aūt equidistans tertia est in qua longitudo diei longioris est. 12. hore ⁊ medietas hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 8. partes ⁊. 25. minuta: descripta supra chaalingii filisolitus. Ipsa quoq; est ex lineis: in quibus declinat vmbra meridiei ad duo latera. Et obumbrat sol supra sūmitatē capitū eorū bis in anno. Et neq; gnomones habebunt vmbram in medietatibus dierū: cū fuerit spacium solis a tropico estiuali ad vtraq; partes. 69. ptes fere. Quapropter cū fuerit trāsitus solis et ipe in his. 138. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridianā in medietatibus diei. Et cū fuerit trāsit⁹ ei⁹ ⁊ ipse in. 222. partibus residuis: erit declinatio vmbre ad partē septētrionis. Et erit in hoc loco vmbra equalitatis. 8. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ptis. Et vmbra estatis. 16. partes: ⁊ medietas: ⁊ tertia quarte partis fere. Et vmbra hiemis. 37. partes ⁊ medietas ⁊ tertia: ⁊ tertia quinte partis fere. ¶ De quarta.

Linea equidistans q̄rta est: in qua longitudo diei longioris est. 12. hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 12. partes ⁊ medietas partis: descripta supra chaalingii filisolitus. Et ipa etiam est ex lineis: in quibus declinat vmbra meridiei ad vtraq; latera. Et obumbrat sol supra summitatē capitū eorum qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habebūt vmbram: cum fuerit elongatio solis a tropico estiuali ad vtrasq; partes. 57. partes ⁊ due tertie partis. Quapropter cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in his. 115. partibus ⁊ tertia partis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem meridiei. Et cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in. 244. partibus ⁊ duabus tertiis partis residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partem septētriōis. Et erit vmbra equalitatis. 13. partes ⁊ tertia partis fere. Et vmbra estatis. 12. partes ⁊ tertia quinte partis fere. Et vmbra hiemalis. 44. partes ⁊ sexta partis fere. ¶ De quinta.

Linea equidistans quinta est: in qua longitudo diei lōgioris est. 13. hore. ⁊ eius elōgatio ab equatione diei sedecim partes ⁊. 27. minuta: descripta supra insulā marōs Que etiā est ex lineis: ī quib⁹ vmbra meridiei ad vtraq; latera declinat. Et obumbrat sol supra sūmitatē capitū eorum qui sunt sub ea: bis i anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habent vmbram: cū fuerit elongatio solis a tropico estiuo ad duas partes. 45. partes. Quapropter cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipe in his. 90. partibus: erit declinatio vmbre gnomonum ad partem meridiei. Et cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in. 270. partibus residuis: erit declinatio vmbre ad partē septētrionis. Et erit vmbra eq̄litatis. 17. partes ⁊ medietas ⁊ q̄rta partis. Et vmbra estiua septem partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et vmbra hiemalis 51. partes. ¶ De sexta.

Linea vo equidistans sexta est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore ⁊ quarta hore. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 20. partes ⁊. 14. minuta: descripta supra babatin. Que etiā est ex lineis: ī q̄b⁹ vmbra meridiei declinat ad vtraq; latera. Et obūbrat sol supra summitatē capitū eor̄ qui sunt sub ea: bis in anno. Et neq; gnomones in medietatibus diei habebunt vmbram: cum fuerit elongatio solis a tropico estiuali ad vtraq; latera. 31. partes. Quapropter cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in his. 62. partibus: erit declinatio vmbre gnomonū ad partē meridiei. Et cū fuerit trāsitus solis ⁊ ipse in. 298. partib⁹ residuis: erit declinatio vmbre gnomonū ad partē septentrionis. Et erit vmbra equalitatis 22. ptes ⁊. 8. minuta. Et vmbra estiua. 3. partes ⁊ medietas partis ⁊ q̄rta partis. Et vmbra hiemalis. 58. partes ⁊ sexta partis. ¶ De septima.

Linea equidistās septima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 13. hore ⁊ medietas hore. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 23. partes ⁊. 51. minuta ⁊. 20. secūda. descripta supra fanuis. Et ipsa est prima linea equidistantium: in quibus vmbra meridiei declinat ad partem vnā. neq; vnq̄ erit declinatio vmbre gnomonū eis qui sunt sub ea ad ptē meridiei. Uerūtū sol obumbrat supra summitatē eorum capitū in tropico estiuo tm̄. Et nō habebunt tunc gnomones in medietatibus diei vmbrā: eo q̄ spacium huius linee ab equatiōe diei est sicut tropici estiualis ab eo. In reliquis vo lineis erit declinatio vmbre gnomonū in medietatibus diei semper ad partem septētriōis. Eritq; vmbra equalitatis sub hac linea. 26. partes ⁊ medietas partis. Et vmbra hiemalis. 66. partes fere. Estas vo nō habebit vmbrā. Et in omnibus lineis equidistātibus: que sunt ad septētrionē ab hac linea vsq; ad lineā que terminat regiones habitabiles: declinabit vmbra gnomonum in medietatibus dierū ad ptē septētrionis. Et neq; gnomones ī eis vnq̄ erūt in medietatib⁹ dierū absq; vmbra. neq; vmbra vnq̄ declinat ad partem meridiei: sed est eius declinatio semper ad partē

septētrionis. qm̃ sol nunq̃ obumbrat supra summitatē capitū ipsoꝝ. ¶De octaua.

Linea vo equidistās octaua est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore ꝛ media tas ꝛ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 27. partes ꝛ. 40. minuta: descripta supra arnues. Et vmbra estatis est quattuor partes. Et vmbra eqlitatis est. 31 partes ꝛ tertia ꝛ medietas quinte partis vicinius. Et vmbra hiemis est. 75. partes ꝛ medietas partis. ¶De nona.

Linea equidistās nona est: in qua lōgioris diei lōgitudo ē. 14. hore. Et eius elōgatio ab eqtione diei. 30. ptes ꝛ. 22. minuta: descripta supra infimum terre egrpti. Et vmbra estatis sex partes ꝛ medietas ꝛ tertia partis. Et vmbra eqlitatis. 35. ptes ꝛ sexta partis fere. Et vmbra hiemis. 83. partes ꝛ quarta partis. ¶De decima.

Linea equidistās decima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ꝛ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 33. partes ꝛ. 18. minuta: descripta supra medium sein. Et vmbra estiua est. 10. partes. Et vmbra equalitatis. 39. partes ꝛ tertia ꝛ medietas sexte partis fere. Et vmbra hiemalis est. 93. partes vicinius. ¶De vndecima.

Linea equidistās vndecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ꝛ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 36. partes: descripta supra insulā rhodum. Et vmbra estiua est. 12. ptes ꝛ medietas ꝛ tertia ꝛ medietas sexte ptis. Et vmbra eq̃litatis. 43. partes ꝛ medietas ꝛ quarta partis. Et vmbra hiemalis est. 103. partes ꝛ tertia partis. ¶De duodecima.

Linea equidistās duodecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ꝛ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei est. 38. partes ꝛ. 35. minuta: descripta supra sembiet. Et vmbra estiua est. 15. ptes ꝛ medietas ꝛ quarta ptis vicinius. Et vmbra eq̃litatis est. 47. partes ꝛ medietas ꝛ tertia partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 114. ptes ꝛ medietas ꝛ tertia ꝛ medietas quinte partis. ¶De tredecima.

Linea equidistans tredecima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 40. partes ꝛ. 56 m̃. fere: descripta supra scinnitas. Et vmbra estiua est. 18. partes ꝛ tertia ꝛ medietas q̃nte partis fere. Et vmbra equalitatis. 52. ptes vicini⁹. Et vmbra hiemalis. 127. ptes ꝛ tertia ꝛ medietas q̃nte ptis. ¶De decia q̃rta.

Linea equidistans decima quarta est: in qua lōgitudo diei longioris est. 15. hore. Et quarta hore. Et eius elōgatio ab eqtione diei. 43. partes ꝛ duodecima partis: descripta supra nilis. Et vmbra estiua est. 20. partes ꝛ medietas ꝛ tertia ꝛ medietas quinte partis fere. Et vmbra eq̃litatis est. 55. partes ꝛ medietas quinte. Et vmbra hiemalis. 141. partes fere. ¶De decima quinta.

Linea equidistans decima quinta est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore. et medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 45. partes ꝛ vnū minutū: descripta supra medium malisnitas. Et vmbra estiua est. 23. partes ꝛ quarta ptis fere. Et vmbra eq̃litatis ē. 60. ptes. Et vmbra hiemalis est. 155. ptes ꝛ q̃rta ptis. ¶De decima sexta.

Linea equidistans decima sexta est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore ꝛ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei. 46. partes ꝛ. 51. minuta: descripta supra fontes fluminis astos. Et vmbra estiua est. 25. ptes ꝛ medietas ptis fere. Et vmbra eq̃litatis. 64. partes vicinius. Et vmbra hiemalis est. 171. partes ꝛ tertia ꝛ medietas sexte partis fere. ¶De decima septima.

Linea equidistans decima septima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 16. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 48. ptes ꝛ. 32. minuta: descripta supra egressiones bauristenis. Et vmbra estiua est. 27. partes ꝛ medietas ptis ꝛ medietas q̃nte partis fere. Et vmbra equalitatis est. 67. partes ꝛ medietas ꝛ tertia partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 189. partes fere. ¶De decima octaua.

Linea equidistās decima octaua est: in qua lōgitudo diei lōgioris est. 16. hore ꝛ quarta hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 50. partes ꝛ quarta partis: descripta supra medū paludis meotide. Et estiua vmbra est. 29. ptes ꝛ medietas ꝛ quarta partis vicinius. Et vmbra equalitatis est. 72. partes ꝛ sexta ptis fere. Et vmbra hiemalis est. 210. partes ꝛ due tertie partis vicinius. ¶De decima nona.

Linea equidistans decima nona est: in qua lōgitudo diei longioris est. 16. hore ꝛ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 51. ptes ꝛ medietas ptis: descripta sup vltimā partē meridiei britānie. Et vmbra estiua est. 31. ptes ꝛ tertia et medietas sexte partis. Et vmbra equalitatis. 75. partes ꝛ tertia ꝛ medietas sexte partis vicini⁹. Et vmbra hiemalis. 229. partes ꝛ due tertie partis fere. ¶De vigesima.

Linea equidistans vigesima est: in qua longitudo diei longioris est. 16. hore ꝛ tres quarte. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 52. partes ꝛ. 50. minuta: descripta supra egressiones ribes. Et vmbra estiua est. 33. partes ꝛ quarta partis fere. Et vmbra equalitatis. 79. partes ꝛ sexta partis fere. Et vmbra hiemalis. 253. ptes ꝛ medietas ꝛ medietas

sexte partis: fm supradictam quantitatem. ¶ De vigesimaprima.

LInea equidistans vigesimaprima est: in qua longioris diei longitudo est. 17. horæ. Et elongatio eius ab equatione diei est. 54. partes & vnum minutū: descripta super egressiones tanais. Et vmbra estiua est triginta quattuor partes & medietas & tertia partis vicini⁹. Et vmbra equalitatis. 82. partes & due tertie partis fere. Et vmbra hiemalis. 279. partes & sexta partis fere. ¶ De vigesimasecunda.

LInea equidistans vigesimasecunda est: in qua longitudo diei longioris est. 17. horæ & quarta horæ. Et eius elōgatio ab eq̄tione diei est. 55. partes: descripta super bericanas britānie maioris. Et vmbra estiua est. 36. partes & q̄rta partis vicini⁹. Et vmbra equalitatis octuagintaquinq3 partes & due tertie partis. Et vmbra hiemalis est. 304. partes & medietas partis. ¶ De vigesimatertia.

LInea equidistans vigesimatertia est: in qua longitudo diei longioris est. 17. horæ & medietas horæ. Et eius elongatio ab equatiōe diei est. 56. partes: descripta supra medium britannie maioris. Et vmbra estiua est. 37. partes & due tertie partis vicinius. Et vmbra equalitatis. 88. partes & medietas & tertia & medietas sexte partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 335. partes & tertia partis. ¶ De vigesimaquarta.

LInea equidistans vigesimaquarta est: in qua longitudo diei longioris est. 17. horæ & tres quarte horæ. Et eius elōgatio ab equatione diei. 57. partes: descripta super catononiz britannie. Et vmbra estiua est. 39. partes & sexta partis. Et vmbra equalitatis. 92. partes & tertia & medietas sexte partis fere. Et vmbra hiemalis. 372. partes & medietas & tertia partis fere. ¶ De vigesimaquinta.

ni: ⁊ numeri dierum eius. Ea vo in quibus dubitauerũt ⁊ diuersificati sunt antiqui: sciemus ex eis que ipsi narrauerunt: ⁊ precipue abrachis vir bone scientie: ⁊ amator scientie ⁊ veritatis. Plurimũ autem eorum que perduxerũt eũ ad hãc dubitationem fuit: q̃ ipse videbat ex reuolutionibus solis et principijs eius ⁊ reditionibus ipsius a duobus punctis equalitatis ⁊ duobus punctis tropicis numerũ dierũ anni fieri. 365. dies ⁊ minus quarta diei. Et videbat ex diunctione solis cum aliqua stellaꝝ fixarũ ⁊ reuolutionibus eius: et ex reuersionibus eius ad eam fieri. 365. dies ⁊ plus quarta diei. Ex hoc igitur (vt apparet) estimauit sphẽrã stellarum fixarum habere motum localem tardum longi temporis. Et hic quidem motus ad partem motus stellarum retrogradarum ſm continuitatem signorum: qui est secundus a motu primo: cum orbe descripto supra duos polos duorum orbium simul: orbis equationis diei: ⁊ orbis decliuis ab eo. Nos autem ostendemus in nostro libro de stellis fixis: q̃ hꝫ ita est. ⁊ narrabimus modum per quem scietur: ⁊ q̃ non est possibile scire aliquid eorum ante scientiam solis ⁊ lune. In scientia vo quantitatis longitudinis anni ⁊ numeri dierũ eius nõ oportet vt sit nostra intentio ⁊ nostrum studium nisi motus solis per seipsum: ⁊ reuolutiones eius: ⁊ principia ipsius: ⁊ reuersiones eius in orbe decliui. Diffiniã aũt dies anni: q̃ est tempus motus solis ab aliquo punctorum fixo immobili huius orbis ſm continuitatẽ signorum: donec redeat ad idem punctum. Videmus vo vt primum punctorum eius ⁊ propinquatum principiorum eius a quo incipiamus sint duo puncta equalitatis: ⁊ duo puncta tropica. non enim reperiemus reuolutiones et principium et reuersionem in illa figura in loco et tempore digniore his punctis: siue apud horizontẽ: siue apud orbem meridiei: siue a longitudine diei nomin ⁊ noctis eius ad eius equalem. neq; sunt principia orbis signorũ preter ea. Si enim aliquis considerauerit ſm modũ naturalem: non reperiet principiũ neq; reuersionem cõuenientiorem principijs complexionis temporis vsq; ad eius similem sicut principium motus solis a tropico: donec redeat ad eius similem: aut a differentia ad eius similem. neq; principia alia nisi principia per que separatur vnumquodq; quattuor temporum ab alio. Et cum hoc q̃n reuolutiones quarum principia et reuersiones sunt a conuentione solis cum aliqua stellaꝝ fixarum: non in veritate sua sunt vt iste. Neq; videmus non esse confidendum in eis absq; causa. Et plurimum huius est: q̃n orbis eaꝝ mouetur in celo motu locali ſm continuitatem signorum cum mensuratione. Postq; igitur hoc ita est: non est q̃ prohibeat aliquẽ: quin etiam dicat: q̃ longitudo temporis anni solis (verbi gratia) est tempus in quo consequitur sol saturnũ: aut vnam stellarum retrogradarũ: donec redeat ad ipsam. Erunt ergo tempora solis multa diuersa. Quapropter videmus oportere vt dicatur: q̃ tempus anni solis inuentum ſm considerationes est ab aliqua differentiarum quattuor temporum ad eius similem in multis reuolutionibus ⁊ longitudine temporum. Et quoniam estimant q̃ dubitatio reperta est in his per que inuestigatur longitudo temporis anni solis ſm hec principia que nominauimus cum consideratione in considerationibus mutaguetireti qua dubitauit abrachis: elaborabimus ostendere breuiter q̃ hoc non est dubitare faciens. Illud autem quo certificati sumus: ⁊ quod apud nos firmauit q̃ hec tempora non sunt diuersa: est q̃d vidimus per considerationes mutaguetireti cum instrumentis a differentijs quattuor temporum. Non enim inuenimus in eis multam diuersitatẽ: que sit inter ipsum ⁊ quartã diei superfluam. Sed iam possibile est q̃ forsitan fuit error paruus ꝓpter artificium instrumenti: aut propter ipsius positionem. Et cum considerauerimus ea que dixit abrachis ⁊ aspexerimus in eis: erit error diuersitatis propter considerationem. Abrachis nãq; iam firmauit in his que posuit de motu duorum punctorum equalitatis ⁊ duorum punctorum conuersionis: que considerauit ex tropicis estiuali ⁊ hiemali mutaguetireti: ſm subtilissimam acceptionem veritatis eorum: q̃ diuersitas que est inter ea: non habet quantitatem impedientem in longitudine temporis annorum solis. Et in libro suo dixit quemadmodum narrabo. Inquit enim Ostendam propter has considerationes q̃ diuersitas que est inter tempora annorum solis minima: scz in annis quorum principia sunt a punctis differentiarum quattuor temporum non est mirum si preterit apud me ⁊ apud arsamidem in consideratione ⁊ estimatione quantitatem quarte diei. Jam vo possumus scire veritatẽ diuersitatis reuolutionum temporum anni solis ex considerationibus cum armilla erea posita in rugũat quadrato alexandrie: que significat diem equalem: in hora qua cõplet egressus luminis solis ab interiori armille ab vna duarum partium: ⁊ incipit ingressus luminis solis ab interiori armille a parte altera. Deinde post hoc dicit primum tempora eq̃litatis autumnalis que considerauit ſm veritatem sue verificationis. Consideratio vo que fuit in anno. 17. reuolutionis tertie annorũ philippi in vno mẽsiũ egyptiorũ mesur: in tricesima die ipsius: fuit apud occasum solis. Deinde post tres annos in anno. 20. fuit in principio primi quinq; dierũ restauratorũ. Oportuit vo vt esset in meridie: ad hoc vt diuersitas fuisset cũ quarta diei. Et post annũ in anno. 21. fuit in hora diei sexta: que ꝙueniẽtius debuit sequi cõsiderationẽ que fuit ante banc. Et post. 11. annos in anno. 32. in die tertio die-

rum quinqz restauratozum fuit in medio noctis: cuius mane fuit diei quarti. sz opoztuit vt fuisset in mane: ad hoc vt diuersitas etiam esset cum quarta diei. Et post annum in ano. 33. in quarto quinqz dierum restauratozum fuit in pzincipio diei. z hec fuit cõuenientioz ad se quendum considerationem que fuit ante ipsam. Et post tres annos in anno. 36. in quarto quinqz dierum restauratoz fuit apud occasum solis. Opoztuit vo vt fuisset in media nocte: ad hoc vt diuersitas esset cum quarta diei tñ. Et post hoc posuit Abzachis considerationes vernales fm veritatem verificationis earum scz in anno. 32. reuolutionis tertie annozum felis. Dixit ergo q equalitas vernalis fuit in. 27. die mensis mesir: in pzincipio diei. Jam enī tunc adhesit lumen duabus superficiebus armille enee in Alexandria vtrinqz equaliter in boza quinta a circulo ad circulum rubeum anteqz diceret considerationes positas. Uidit ergo qñ considerationes erant in vna duarum equalitatum ad suam similem in consideratio/nibus mutaquetireti diuersificari quod erat inter duas considerationes fere per quinqz bo/ras. Et que post hoc sunt considerationes quemadmodum dixit vsqz ad annum. 37. con/ueniunt fm augmentum quarte die. Sed post vndecim annos in anno. 43. in. 29. die mensis mesir: post mediam noctem: cuius mane fuit dies tricesimus: fuit equalitas vernalis. Et hec fuit que debuit sequi cõsiderationem que fuit in anno. 32. z fuit hoc etiam cõueniens in considerationibus que fuerunt post eam vsqz ad annos. 50. Si ergo fuit in pzincipio mensis menūb apud occasum solis post diē z fere medietatem diei z quartam diei a considera/tione que fuit in anno. 43. qó est portio septem annozum inter. 43. z. 50. qui sunt inter duas considerationes: tunc non fuit in hac consideratione multa diuersitas. Et tñ est possibile: vt huic accidat aliquid erroris: non in considerationibus tropicis tñ: verūetiam in consi/derationibus duozum punctozum equalitatis: z vt fit quantitas illius quarta diei. Si enī fuerit error qui est pzopter positionem instrumenti: z diuisionem partium eius fm veritatē vna trium milium z sexcētarum partium tñ ex partibus orbis descripti supza duos polos orbis equationis diei. tunc illud est longum in latitudine. Et qñ sol mouetur per quartam partis in longitudine in orbe decliui vbi ipm secat orbis equationis diei: peruenit error ille in diuersitate fere ad quartam diei. Error vo qui fit pzopter positionem instrumenti: erit maioz: si non fuerit positio eius in tempore fm certificationem veritatis considerationis: eo q eius pparatoz ipsum inclinat z mouet: z adiūgit illud alicui rei: ad hoc vt ipsum firmet. Firmabitur ergo lōgo tempore fm habitudinē vnam. Error ergo qui ipsi accidit in eo est q remouetur a sensu: sicut iam contingit in armillis eneis positis in locis in quibus cõgregantur consideratozes in terris nostris. quarū superficies: z superficies equationis diei esti matur esse vna. Jam enim declarata est nobis per considerationem alteratio locozum earū: z illud magis in illis que sunt ex eis grosse z magis antique. z fozsitā vidimus lumen in in/teriozibus earum in tempore vnius duarum equalitatū. Hec autem z hozum similia sunt que vidit abzachis non significare veritatem eozum que estimauit de diuersitate tempozū annozum. et de quibusdam significationibus considerationum eius inquisitionis eclypsiū lunarium dixit: quia iam reperit q illud qō est inter tempoza annozum diuersozum: z inter tempoza eozum media: non est majus medietate z quarta vnius diei. Q si hec oratio esset vera: esset scientia receptibilis. Sed nō est vera. qō quidem declaratur nobis ex eis que dixit z narrauit. Dixit enim z narrauit in quibusdam in quibus excogitauit z subtiliter aspexit vbi reperit quasdam stellas fixas pzopinquas eclypsibus lunaribus: quas iam considerauit: quātum pzecessit stella fixa q̄ nominatur spica punctum autumnale in omni eclypsi. Reperit enī fm q estimauit: q plurimum quo pzecessit ipsum fuit septē partes z medietas partis fm pzopzietatē tempozis: z minus qz q̄nqz partes z q̄rta partis. Necesse est ergo ex hac oratione: postqz non est possibile vt motus huius stelle sit in quantitate huius temporis parui quantūcūqz dixit: q fm veritatem non sint solis (per quem inuestigatur sciētia locozum stellarum fixarum) equales anni z reuolutiões. Et defuit ei q ea in quibus excogitauit z subtiliter aspexit: nō est possibile compleri omnino nisi per scientiam loci solis in eclypsi. Et ex hoc q accepit cõsiderationes veraciter in illis annis a duobus punctis equalitatis z conuersionis: significatur q superfluum qō est inter duas considerationes: non est maius quarta diei in omni anno. Et ponam ad hoc exemplum vnum: q sit cõsideratio que fuit in anno. 32. reuolutionis tertie annozum felis. Reperit enim fm q estimauit: q stella spica p̄cessit punctum autūnale septē partibus z medietate partis. In consideratione vo que fuit in anno. 43. illius reuolutionis reperit stellam spicā pzecessisse punctum autūnale quinqz partibus z quarta partis. Et similiter posuit fm illam estimationem z subtilē inspectionem cō/siderationes veraciter in illis annis que sunt a punctis vernalibus: ad hoc vt per eas acciperet loca solis que sunt in medio tempozis eclypsis: z ex illis locis acciperet loca lune: z ex locis lune acciperet loca stellarum fixarum. Et dixit q consideratio que fuit in anno. 32. fuit in. 27. die mēsis mesir: z in pzincipio diei. Et consideratio que fuit in anno. 43. in. 29. die in nocte cuius mane fuit dies. 30. post mediam noctem: post duos dies z medietatē z quartā

diei a consideratione in qua fuit eclypsis anni tricesimi secundi. Quod quidem fuit quarta diei trn̄ super. 365. dies in vno quoq3 vndecim annorum. Si ergo fuerint non in tempore maiore neq3 in tempore minore reuolutiones solis 7 reuersiones ad duo puncta equalitatis fm superfluum maius quarta diei: sed stellam spicam non est possibile moueri in his annis paucis parte vna 7 quarta partis. tunc quomodo non est indecens accipere hanc sententiam in scientia acquisita ex istis principiis, instrumentum ad delendum 7 destruendum ea per que certificatur 7 affirmatur: aut quomodo non comparant causam propter quā non est possibile vt fit omnis hic motus stelle spice 7 non hunc errorem ad duo puncta equalitatis trn̄ per que fuit consideratio fm veritatem aut non fm veritatem. Illius autem propter quod hunc errorem esse est possibile: cause multe sunt. Ex quibus est elongatio lune in eclypsi a stellis que sunt ei propinque: aut propter diuersitatem aspectus 7 cōsiderationis ad lunam 7 locum eius: aut propter motum solis a duobus punctis equalitatis ad mediū temporū eclypsis: aut propter ea q̄ cōsiderātur 7 assumūtur absq3 subtilitate 7 absq3 veritate. Estimo autem q̄ Abrachis scivit q̄ nihil eorum que predixim⁹ cogit aut firmat apud nos q̄ sol habeat equationem secūdam. Ipse vō propter vehementem amorem veritatis horruit relinquere ad dicendum aliquid eor̄ que hominibus dubietatem afferūt. Ipsemet enim fecit in eq̄tione diuersitatis cursus solis 7 lune: 7 posuit solis eq̄tionē vnā que equat complementum reuolutionis anni solaris a punctis differentiarum temporum. Et non videmus propterea q̄ posuit reuolutiones solis istas equalium temporum vt que videntur in eclypsibus, diuersificent hec accidētia posita fm rem magnā. 7 illud est qō oportuit esse sensibile manifeste: postq̄ non acceperunt equationem diuersitatis temporis anni. 7 si fit illud pars vna trn̄: est tamen fere in eclypsi duarum horarum. Ex omnibus ergo que diximus 7 considerauimus de reuolutionibus solis: inuenimus longitudinem temporis anni non diuersificari cum inceptio 7 reuersio fuerit ab vno punctorum differentiarum temporum: 7 ad ipsum. 7 nō quandoq3 a punctis equalitatis 7 tropicis: 7 q̄nq3 a coniunctione stellarum fixarum. Et neq3 est reuersio alia propior ea que est a puncto conuersionis: aut a puncto equationis diei: aut ab alio punctorum orbis signorum a quo incipit sol: 7 ad qō reuertitur. Videmus autem q̄ oportet nos demonstrare ea que videmus: 7 declarare q̄ breuissime est possibile. 7 vt diuersitas que est inter cōsiderationem 7 ea que dicere voluimus non sit magne quātitatis. Ex eis vō que declarauit Abrachis: iam demonstratum est nobis q̄ quantitas temporis anni: qui incipit a punctis equalitatis 7 conuersionis donec ad ea redeat: minor est quarta addita supra. 365. dies. neq3 est possibile inuenire quantitatem illius paruitatis fm veritatem: eo q̄ augmēta annorum plurium cum quarta fere deficiūt fm sensum propter diuersitatis paruitatem. Et propter hoc in cōsiderationibus eorum que sunt longi temporis iam possibile est cum diuiserint dies inuentos qui superfluunt 7 aggregantur ex quartis per annos multos aut per annos paucos: qui sunt inter duas cōsiderationes vt fit portio vna que prouenit ex diuisione anni vnius. Acceptio vō huius inceptionis 7 reuersionis fm propinquitatem veritatis est fm quantitatem plurium reuolutionum 7 longitudinem temporis qō est inter duas considerationes 7 duas inspectiones. Quantum enim tempus magis elongatur: tantum erit propinquior veritati. Neq3 est in his reuolutionibus 7 inceptione 7 reuersione trn̄: verum etiam in omnibus reuolutionibus 7 reuersionibus. Error enim qui est propter debilitatem considerationum q̄uis subtilissime accipiatur: et quāuis error sit paruus aut equalitati vicinus fm sensum in eis que videntur in tēpore longo 7 tempore breui: tamen cum diuidetur per annos paucos: error anni erit maior: 7 qō etiam aggregabitur ex eo in longitudine annorum plurium accrescet. Et cū diuidetur per annos plures: erit error minor. Quapropter videmus cōueniens esse vt sufficiat fm q̄ possibile est nobis addere longitudinem temporis qō est inter cōsiderationes nostras 7 cōsiderationes antiquorum subtilium in reuolutionibus propinqui temporis. Et fm huius similitudinem laborabimus addere in hac scientia. 7 non relinquemus ex eis que conueniunt de inquisitionibus scientē. Inquisitio vō temporis totius: aut eius cuius tempus elōgatum est a longitudine temporū consideratiōnū per tēpus longū duplū dicimus q̄ nō est ex amore scie: neq3 ex amore veritatis. Eorū vō quor̄ tēpus antiquatum est ex considerationibus: quas comparauimus nostris cōsiderationibus: 7 quibus experiemur; 7 cum nostris oportet vt iam accipiamus considerationes quas considerauit midan 7 attamin a tropicis estiualibus: 7 post eos aristoteos. Sed propter summam eorum que sciuimus de difficultate considerationum tropicorum: 7 cum difficultate earum: quoniam ipsi posuerunt ipsas aggregatas 7 ignotas: quemadmodū illud iam declaratum fuit ab abrachi: abhorremus confidere in eis. Et vidimus vt acciperemus cōsiderationes que fuerunt in equalitate diei: 7 ex eis acciperemus. quoniam voluimus subtiles considerationes abrachis: quoniam ipse accepit eas q̄ subtilius: 7 considerationes nostras quas inuenimus absq3 hesitatione cum instrumento: qō ad hoc 7 eius simile in principio libri huius nostri Almagesti declarauimus.

Quapropter inuenimus principium motus solis a punctis differentiarum temporum ei⁹ ⁊ reuersionum eius ad ea in fere trecētis annis antecedere per diem vnum fm augmentum quarte diei integre in omni anno supra. 365. dies. Abzachis nāq3 iam vehementer consi-derauit equalitatem autūnalē: quā subtilissime considerauit in anno. 32. reuolutionis tertie annozum felis. ⁊ dixit q⁹ fuit in die tertio quinq3 dierum adiūctozum in media nocte: cuius mane fuit quarta dies. Fuitq3 annus ille post mortem Alexandri annus. 178. Deinde post 285. annos ab anno tertio annozum attamenis: quod quidem fuit post mortem Alexandri in. 463. anno considerauimus nos ēt equalitatē autūnalē: fm q⁹ subtilius possibile fuit: ⁊ fuit illud in die nono mensis athus post ortum solis fere per vnam horam. Fuit ergo totum qō aggregatū est ex quartis dierum. 285. annozum egyptiacozum. 70. dies ⁊ quarta diei ⁊ vna. 20. partium diei loco dierum qui aggregantur ex quartis perfectis adiunctis supra. 365. dies: quos oportuit esse. 71. dies ⁊ quartam diei horum annozum. Jam ergo antecessit reuersio solis ea que aggregantur ex superfluitatibus quartarum si essent integre p diem vnum absq3 vna. 20. partium diei vnius. Similiter quoq3 dixit Abzachis in considerationē vernali: que fuit in anno. 32. reuolutionis tertie annozum felis subtili acceptiōe qō fuit in. 27. die mensis mesir in principio diei. ⁊ fuit annus. 178. post mortē Alexādri. Nos quoq3 iam inuenimus equalitatem vernalem in anno. 473. post mortem Alexandri in die septimo mensis matbur. Deinde post. 285. annos: qō fuit post mortem Alexandri in. 463. anno considerauimus equalitatē vernalem in die septimo mensis matbur post medietatē diei fere per horā: ⁊ inuenimus que contingūt istis reuolutionibus ex superfluitatibus dierum aggregatozum ex quartis in istis ānis. 70. dies ⁊ quartam diei: excepta fere vna. 20. partium loco. 71. dierum ⁊ quarte diei: qui sunt augmentum quarte integre cuiusq3 horū annozum. Jam ergo hic etiam antecessit reuersio solis vernalis superfluitatem quarte integre p diē vnā excepta vna. 20. partiū. ꝓportio igitur. 300. annoꝝ: ad. 285. annos est sicut proportio diei vnius ad diem cui deest vna. 20. partium diei vnius. Fit ergo vt antecedat reuersio solis ad punctum equalitatis dies qui aggregantur ex quartis integris per diem in trecentis annis. Q⁹ si nos propter multam antecessionem annozum cōparauerimus considerationes nostras in quibus non dubitamus ad considerationes midan ⁊ attamin: que fuerunt a tropico estiuali: similiter reperiemus eas. Illa enim consideratio fuit in tempore Assuris regis ciuitatis sapientū: ⁊ in vigesimoprimo die mensis pbemenut: qui est vn⁹ mensium egyptiozum: in principio diei. Et nos inuenimus fm veritatem cōsiderationis cū subtilitate que fuit in anno. 463. post mortem Alexandri in. 11. die mēsis memire post mediam noctem: cuius mane fuit dies duodecimus fere post duas horas. ⁊ erat qō fuit iter cōsiderationem tropici estiualis: que fuit in tempore assuris: ⁊ cōsiderationem que fuit in tempore arlatochis in anno. 50. reuolutionis prime accommodate feli. quemadmodum dixit Abzachis. 152. anni. Et qō fuit inter annum. 50. hunc: qui fuit in anno. 44. a morte Alexādri: ⁊ inter annum. 463. in quo fuit consideratio nostra est. 419. anni. Si ergo in his. 571. annis fuit cōsideratio estiualis: quā considerauit attamin in vigesimoprimo die mensis pbemenut: fiet aggregatum ex augmento dierum super annos egyptiacos fere. 140. dies ⁊ medietas ⁊ tertia diei loco. 142. dierum ⁊ medietatis ⁊ quarte diei qui fierent in. 571. annis: si quarte fuissent integre superfluentes super annos egyptiacos. Jam ergo antecessit hec reuersio in his annis dies superfluentium quartarum si fuissent integre per duos dies excepta medietate sexte partis diei. Jam ergo declaratum est: q⁹ ipsa precessit in. 600. annis fere per duos dies integros in hac postrema cōsideratione. Et similiter inuenimus nos in considerationibus multis alijs postremis. Et similiter vidimus abzachim cōcessisse hoc. Ipse enim dicit in libro suo de quantitate longitudinis anni: q⁹ comparauit considerationē tropici estiualis: que fuit in postremo anni quinquagesimi reuolutionis felis prime ad eam quā etiā cōsiderauit vere ⁊ subtilr: que fuit in postremo āni. 43. reuolutiōis felis tertie: vbi dixit q⁹ ostendit q⁹ in. 145. annis festinat tropicus ante superfluitatem quarte per medietatē diei ⁊ noctis. Ipse quoq3 in libro suo de mensibus ⁊ diebus (post qꝫ premisit sermonem) dixit: Scōm vō q⁹ dixerunt midan ⁊ attamin est lōgitudo temporis anni. 365. dies ⁊ q̄rta ⁊ vna pars. 76. partium ⁊ medietas diei vnius. sed fm q⁹ dixit felis est. 365. dies ⁊ quarta trīm. Post hoc quoq3 dixit: quemadmodum narrabo verbum ex verbo. Nos autem iam inuenimus menses integros contineri a. 19. annis: quemadmodū inuenerunt illi. Longitudinem vō anni inuenimus iam minorem quarta per vnā. 300. partium diei vnius. ⁊ in trecentis annis desunt sermoni midā quinq3 dies. ⁊ sermoni felis deest vnus dies. Ubi autē aggregātur eius sententie in libro suo dixit quemadmodum narrabo. Jam scripsi vnum librum de longitudine temporis anni: in quo declaraui q⁹ annus solis est tempus in quo incipit motus solis a tropico ad tropicum sui simile: aut ab equalitate ad equalitatem sui similem q⁹ cōtinet ex diebus. 365. dies ⁊ minus quarta diei fere per vnā. 300. partium diei vnius cum nocte sua. Neq3 est sicut estimant disciplinales: vt sit augmentum supra. 365.

Observatione ptholē egressū defecit ab anno constante 365. diebus et q̄rta diei. vero, integro die.

Nō ex hoc tm apparet Egyptios virgil. intercalasse, Mensis atqr est terminus anni mensis, Mensis interalaris vltio.

Alia obscuratio inter Hyparchū et ptholomeum et est mendose

Pulchra reductio ad integra

Confirmat obseruationibus Mesone et Sutemonis.

Assuris x Assyrios.

messori.

Hinc ꝑz messori mensem esse quintū post egressum ptholemei.

Nō 571 fit ex additione mēsiū 7 + 2 + 152

Quis colligerent ex additione inter grand quantard. sunt.

Dies.	Quarte.	Hore.
142.	3	0
140	3	2 / collecti ex obseruatione.

Multa Hyparchi reperiuntur testimonia de anni quantitate.

Hyparchus nō addit medietatē.

Nō. Et medietas, scyat. Nā in trecentis annis ꝑpe desunt 5 dies. Si dies completi intelligatur ex 365 diebus et 1/4 et 1/76 diei. Nā 300/76 faciūt dies 3. mī 56. ⁊ 5. Et additio quarte fuit desinere quād diem. Quare additis quarte cū 1/76 fiunt desinere ꝑpe. 5 dies. Ipse si addatur ex 1/152 cū decem. 6. dies. 55. mī. et. 15. ⁊.

dies quarta diei integra. Estimo autem iam declaratum esse: q̄ quātum apparuit in longitudine temporis anni vsq; ad hec nostra tempora ex reuersione solis a punctis tropici ꝛ eq̄litatis: cōueniens est huic quātitati quā nominauimus: fm q̄ conuenit ex cōsiderationibus antiquis ꝛ nouis. Postq̄ ergo est hoc sicut diximus: fiet vt cum diuiserimus diem vnum per. 300. annos: sit portio vnius anni ex eo. 12. secūda vnius diei. Cū ergo minuerimus ea ex. 365. diebus ꝛ. 15. minutis: que sunt quarta diei. remanebit tēpus anni quē scire volumus. 365. dies ꝛ. 14. minuta ꝛ. 48. secūda. hic est ergo numerus dierū repertorū ex eis que diximus: fm q̄ magis est possibile breuius esse. ¶ Et q; volunt inuestigationem solis ꝛ stellarum aliarum: ꝛ cursus earum in partibus orbis signorum: cuius inuentio est facilis: ꝛ quā demonstrant partes: que sunt in tabulis. tunc iam conuenit erudito in disciplinalibus: vt sit eius intentio et desiderium ostendere omnia que videntur in celo de motibus earum medijs: qui sunt super circulos orbium earum. ꝛ vt faciat tabulas conuenientes intentioni sue: diuidendo inter motus earū medios cursus earum in partibus orbis signorum: ꝛ inter motus qui sunt propter circulos orbium earum: propter quos est diuersitas estimata. Deinde etiam tabulas coniunctionis duorum motuum simul significantes visionem cursuū earum. Et ad hoc vt ea que diximus sint faciliora ꝛ viciniores acceptionis: cum eorum fuerit necessitas: ponā tabulas motus solis medij in partibus orbis reuolutionis eius fm hūc modum quē dicā. ¶ Postq̄ igitur iam ostensum est: q̄ reuersio tēporis solis est in. 365. diebus ꝛ. 14. minutis ꝛ. 48. secundis: fit vt cum diuiserimus per illud. 360. sc̄z numerum partium orbis signorum: fit motus solis medius in die vna. 59. minuta: ꝛ. 8. secunda: ꝛ. 17. tertia: ꝛ. 13. quarta: ꝛ. 12. quinta: ꝛ. 31. sexta fere. Ut autem in diuisiōe hec minuta vsq; ad sexta perueniant sufficit. Nos quoq; cum iam acceperimus ex motu diei partē. 24^{am}. inueniemus motū solis in vna hora duo minuta: ꝛ. 27. secūda: ꝛ. 50. tertia: ꝛ. 43. quarta: ꝛ tria quinta: ꝛ sextam vnam propinque. Et similiter cum multiplicauerimus motum diei vnius in. 30. dies sc̄z mēsis vnius: erit motus solis medius in mense. 29. partes: ꝛ. 34. minuta: et 8. secūda: ꝛ. 36. tertia: ꝛ. 36. quarta etiā: ꝛ. 15. quinta: ꝛ. 30. sexta. Et cū multiplicauerimus motum diei vnius in numerum dierum anni egyptij sc̄z. 365. dies: inueniemus illud motū solis mediū in anno. 359. partes: ꝛ. 45. minuta: ꝛ. 24. secunda: ꝛ. 45. tertia: ꝛ. 21. quarta: ꝛ 8. quinta: ꝛ. 35. sexta. Et etiam cum multiplicauerimus motum solis in anno in. 18. annos: propter hoc quod demonstratur ex bonitate mensurationis tabularum: ꝛ proiecerimus ex eis que aggregantur reuolutiones integras. s. queq; reuolutio. 360. superfluent ex motu solis medio in. 18. annis. 355. partes: ꝛ. 37. minuta: ꝛ. 25. secunda: ꝛ 36. tertia: ꝛ. 20. q̄rta: ꝛ. 34. quinta: ꝛ. 30. sexta.

¶ Capitulum secundum De positione tabularum motus solis medij.

Escribaz autem motus solis medij tabulas in tribus partibus quinq; temporū. Et diuidam partem in septem tabulas in longitudine: ꝛ. 45. areas in latitudine. Et signabo in tabulis partis prime numerum annorum coniunctorum: ꝛ motum solis in eis. Et in tabulis partis secunde numerum annorum disgregatorum ꝛ motum solis in eis. Et sub eis numerum horarum: ꝛ motum solis in eis. Et in tabulis partis tertie numerū dierum mensium: ꝛ motū solis in eis. Et sub eis numerum dierum mensis vnius: ꝛ motum solis in eis. Et hec est tabularum descriptio.

Fuit radix solis in principio regni nabuchodonosor. s. elongatio eius a longitudine longiore in orbe ecentrico: qui est eius orbis proprius. 265. gradus ꝛ. 15. minuta. Et fuit tunc locus eius in orbe signorum: per motum eius medium in. 45. minutis piscis. Et per motum eius diuersum qui videtur in eo tres gradus ꝛ. 8. minuta piscis fere. Et eius elongatio a luna. 70. gradus ꝛ triginta septem minuta.

Fuit primus dies Jumedi primi anni. 359. fm regulam dies veneris. ꝛ primus dies veneris: qui fuit octauus ab eo: fuit annus persarum. 337. ꝛ. 12. menses. ꝛ fuit dies sabbati primus quinq; dierum adiunctorum.

¶ Radix autem posita in capite harum tabularum est annorum persarum in media die: qui fuit ante diem primum per diem vnum.

¶ Riguat est locus quadratus in quo conueniunt homines: coopertus quasi turris.

Tabula medij motus Solis.

Motus solis medius In annis coniunctis.

Anni ꝯiuncti.	ptes	m̃	ˢ	ᵗ	4ª	5ª	6ª
18	355	37	25	36	20	34	30
36	351	14	51	12	41	9	0
54	346	52	16	49	1	43	30
72	342	29	42	25	22	18	0
90	338	7	8	1	42	52	30
108	333	44	33	38	3	27	0
126	329	21	59	14	24	1	30
144	324	59	24	50	44	36	0
162	320	36	50	27	5	10	30
180	316	14	16	3	25	45	0
198	311	51	41	39	46	19	30
216	307	29	7	16	6	54	0
234	303	6	32	52	27	28	30
252	298	43	58	28	48	3	0
270	294	21	24	5	8	37	30
288	289	58	49	41	29	12	0
306	285	36	15	17	49	46	30
324	281	13	40	54	10	21	0
342	276	51	6	30	30	55	30
360	272	28	32	6	51	30	0
378	268	5	57	43	12	4	30
396	263	43	23	19	32	39	0
414	259	20	48	55	53	13	30
432	254	58	14	32	13	48	0
450	250	35	40	8	34	22	30
468	246	13	5	44	54	57	0
486	241	50	31	21	15	31	30
504	237	27	56	57	36	6	0
522	233	5	22	33	56	40	30
540	228	42	48	10	17	15	0
558	224	20	13	46	37	49	30
576	219	57	39	22	58	24	0
594	215	35	4	59	18	58	30
612	211	12	30	35	39	33	0
630	206	49	56	12	0	7	30
648	202	27	21	48	20	42	0
666	198	4	47	24	41	16	30
684	193	42	13	1	1	51	0
702	189	19	38	37	22	25	30
720	184	57	4	13	43	0	0
738	180	34	29	50	3	34	30
756	176	11	55	26	24	9	0
774	171	49	21	2	44	43	30
792	167	26	47	39	5	18	0
810	163	4	13	15	25	52	30

Motus solis medius In annis disgregatis.

Anni disgregati	ptes	m̃	ˢ	ᵗ	4ª	5ª	6ª
1	359	45	24	45	21	8	35
2	359	30	49	30	42	17	10
3	359	16	14	16	3	25	45
4	359	1	39	1	24	34	20
5	358	47	3	46	45	42	55
6	358	32	28	32	6	51	30
7	358	17	53	17	28	0	5
8	358	3	18	2	49	8	40
9	357	48	42	48	10	17	15
10	357	34	7	33	31	25	50
11	357	19	32	18	52	34	25
12	357	4	57	4	13	43	0
13	356	50	21	49	34	51	35
14	356	35	46	34	56	0	10
15	356	21	11	20	17	8	45
16	356	6	36	5	38	17	20
17	356	52	0	50	59	25	55
18	355	37	25	36	20	34	30

Motus solis medius In horis.

Hore	ptes	m̃	ˢ	ᵗ	4ª	5ª	6ª
1	0	2	27	50	43	3	1
2	0	4	55	41	26	6	2
3	0	7	23	32	9	9	3
4	0	9	51	22	52	12	5
5	0	12	19	13	35	15	6
6	0	14	47	4	18	18	7
7	0	17	14	55	1	21	9
8	0	19	42	45	44	24	10
9	0	22	10	36	27	27	11
10	0	24	38	27	10	30	12
11	0	27	6	17	53	33	14
12	0	29	34	8	36	36	15
13	0	32	1	59	19	39	16
14	0	34	29	50	2	42	18
15	0	36	57	40	45	45	19
16	0	39	25	31	28	48	20
17	0	41	53	22	11	51	21
18	0	44	21	12	54	54	23
19	0	46	49	3	37	57	24
20	0	49	16	54	21	0	25
21	0	51	44	45	4	3	27
22	0	54	12	35	47	6	28
23	0	56	40	26	30	9	29
24	0	59	8	17	13	12	31

Motus solis medius In mensibus.

Mẽses	ptes	m̃	ˢ	ᵗ	4ª	5ª	6ª
30	29	34	8	36	36	15	30
60	59	8	17	13	12	31	0
90	88	42	25	49	48	46	30
120	118	16	34	26	25	2	0
150	147	50	43	3	1	17	30
180	177	24	51	39	37	33	0
210	206	59	0	16	13	48	30
240	236	33	8	52	50	4	0
270	266	7	17	29	26	19	30
300	295	41	26	6	2	35	0
330	325	15	34	42	38	50	30
360	354	49	43	19	15	6	0

Motus solis medius In diebus


Dies	ptes	m̃	ˢ	ᵗ	4ª	5ª	6ª
1	0	59	8	17	13	12	31
2	1	58	16	34	26	25	2
3	2	57	24	51	39	37	33
4	3	56	33	8	52	50	4
5	4	55	41	26	6	2	35
6	5	54	49	43	19	15	6
7	6	53	58	0	32	27	37
8	7	53	6	17	45	40	8
9	8	52	14	34	58	52	39
10	9	51	22	52	12	5	10
11	10	50	31	9	25	17	41
12	11	49	39	26	38	30	12
13	12	48	47	43	51	42	43
14	13	47	56	1	4	55	14
15	14	47	4	18	18	7	45
16	15	46	12	35	31	20	16
17	16	45	20	52	44	32	47
18	17	44	29	9	57	45	18
19	18	43	37	27	10	57	49
20	19	42	45	44	24	10	20
21	20	41	54	1	37	22	51
22	21	41	2	18	50	35	22
23	22	40	10	36	3	47	53
24	23	39	18	53	17	0	24
25	24	38	27	10	30	12	55
26	25	37	35	27	43	25	26
27	26	36	43	44	56	37	57
28	27	35	52	2	9	50	28
29	28	35	0	19	23	2	59
30	29	34	8	36	36	15	30

Capitulum Tertium De scientia modorum motus reuolubilis conuenientis.

Via autem ea que iam narrauimus ꝓsequi: vt de monstremus ea que videnᵗ ⁊ apparent de diuersitate motus solis: Vidimus vt premittamus ser monem vniuersalem. Dicam ergo ꝙ motus solis et motus stellarum retrogradarum in celo: qui sunt ſm continuitatem signozum: ⁊ motus localis totius: qui est econtrario illozum: omnes sunt ſm reuolutionẽ ⁊ equalitatem ⁊ ꝓuenientes ſm naturam: ſcꝫ ꝙ linee recte que sunt elongationes stellarum a centris ozbium ipsarũ quas imaginamur mouere stellas: aut mouere ozbes ipsarum: in temporibus equalibus: faciunt angulos qui sunt apud centrum cuiuscũq; circuloꝝ earum equales: et ꝙ diuersitas que apparet in eis non est nisi ſm loca ⁊ ordines circulozum: qui sunt in ſpbera cuiusq; earum: ſupza quos sunt earum motus. Et neqꝫ aliquid eozum que imaginamur: ſcꝫ qõ sit contrarium permanentie eternitatis motuum earum: sicut diuersitas estimata accidit in eis vere: ⁊ neqꝫ accidit nisi ſm imaginationẽ. Causam vo estimatiõis huius diuersita


tis possibile est esse ſm duos modos primos absolutos. Q; si motus stellarum qui videtur esset in orbe cuius centrum estimatur esse centrum mundi: qđ est in superficie orbis signorum: ⁊ neq; esset aspectus oculorum nostrorum nisi a centro: non videretur in motu earum diuersitas. Quapropter estimamus q; motus earũ sint ſm vnum duorum modorum. Aut supra orbes quorum centra non sunt centrũ mundi: sed sunt egredientia ab ipso: ⁊ sunt motus eaꝝ medij. Aut sunt super orbes: quoꝝ centra sunt centrum mundi: sed non sunt supra ipsos ſm sermonem absolute: sed sunt supra orbes alios: qui sunt supra hos orbes reuoluẽtes eas qui nominãtur orbes reuoluentes stellas. ¶ Declarabiť nãq; q; possibile est: vt videantur ſm vnumquemq; horum duorum modorum in temporibus equalibus trãsire super arcus diuersos orbis signorum: cuius centrum est centrum mundi. Describam autẽ cuiusq; horum duorum modorũ exẽplum: ⁊ primum ponam circulum orbis ecentrici.

Describam itaq; circulum orbis ecentrici: supra quem sint. a. b. g. d. supra quem est motus stelle equalis, cuius centrum sit. e, ⁊ eius diameter. a. e. d. sitq; supra ipsam nota. r. a qua est aspectus oculorum nostrorum. ⁊ ponam vt punctum. g. sit locus longitudinis longioris a terra: ⁊ punctum. d. sit locus longitudinis propinquioris terre. ⁊ secabo ex eo duos arcus equales: arcum. a. b. ⁊ arcum. g. d. ⁊ protrahamus lineas b. e. ⁊ b. r. ⁊ g. e. ⁊ g. r. Declarabiť ergo nobis: q; cũ mouebť stella in tẽporibus equalibus super arcũ. a. b. ⁊ arcũ. g. d. estimabť q; trãsitus stelle fuit supra duos arcus diuersos orbis reuoluti supra centrũ. r. ideo q; angulus. b. e. a. est equalis angulo. g. e. d. estimamus ergo q; angulus b. r. a. est minor vnoquoq; eorũ: ⁊ q; angulus. g. r. d. est maior vnoquoq; eorũ. ¶ Q; si nos imaginati fuerimus motũ stelle ſm modũ orbis reuolutionis. ⁊ descripserimus orbẽ cuius centrũ sit centrũ circuli signor: supra quẽ sint. a. b. g. d. ⁊ cuius cẽtrũ sit. e. ⁊ eius diameter sit a. e. g. ⁊ descripserimus super ipsum orbem reuolutionis: supra quẽ reuoluatur stella: supra quem sint. r. b. t. k. supra centrum. a. et sit reuolutio centri orbis reuolutionis supra orbem cuius centrum est centrum orbis signorum: supra quem sunt. a. b. g. d. similiter declarabitur nobis: q; cum fuerit motus medius orbis reuolutionis supra orbem. a. b. g. d. a puncto. a. verbi gratia ad punctum. b. ⁊ fuerit motus stelle etiam ſm hoc exemplum in orbe reuolutionis: tunc cum fuerit stella supra duo puncta. r. ⁊. t. non videbitur diuersitas in puncto. a. quod est centrum orbis reuolutionis. Et cum fuerit alibi inter duo pũcta: non erit ita: sed estimabitur verbi gratia: vt cum videatur supra pũctum. b. sit motus eius maior medio ſm arcum. a. b. ⁊ cum fuerit supra pũctum. k. estimabiť q; motus eius sit minor medio ſm arcum. a. k. ¶ Scõm modũ vo orbis ecentrici erit minor duorum motuũ semper in longitudine longiore: ⁊ maior eorum erit in lõgitudine propinquiore: eo q; angulus. a. r. b. sit minor angulo. d. r. g. semper. Sed ſm modum orbis reuolutionis possibile est: vt sint ambo motus simul in longitudine longiore: verbi gratia: q; centrum orbis reuolutionis non moueatur nisi ab occidente ad orientẽ: qđ est ab. a. ad. b. Cum ergo motus stelle fuerit in orbe reuolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientem etiam: qđ est ab. r. ad. b. tũc motus stelle maior erit in lõgitudine longiore: propter hoc q; duo motus simul sunt in partem vnam. Sed cum motus stelle fuerit a longitudine lõgiore in orbe reuolutionis ab oriente ad occidentem: q; est. ab. r. ad. k. tunc econtrario illius erit motus minor in longitudine longiore: qm̃ motus stelle est otra motũ orbis reuolutionis. ¶ Postq; ergo hec ita sunt premittam post hec ⁊ dicam: q; quecũq; stellarum habuerit duas diuersitates: possibile est hos duos modos componi in ea: quemadmodum demonstrabimus illud in libro nostro de ea cum peruenerimus ad locum eius. Sed quecũq; earũ fuerit non habens nisi diuersitatem vnam tñ vnus duorum modorũ sufficiet iam nobis in ea. Omne enī qđ apparet in vnoquoq; duorum modorum reperitur non eis contrarium que sunt in altero: qñ proportiones in vtrisq; modis simul sunt vne: scz cum fuerit ſm modum centri egredientis: proportio spacij qđ est inter duo centra: qđ est spacium aspectus oculorum a centro egrediẽte ad longitudinem centri egredientis ab orbe suo: equalis proportioni longitudinis centri orbis reuolutionis ab orbe suo ad longitudinem centri orbis supra quẽ reuoluitur orbis reuolutionis ab orbe suo. ⁊ etiam tempus in quo erit motus stelle in orbe ecentrico ab occidente ad orientem orbe ecentrico fixo ⁊ imobili fuerit equale tẽpori in quo erit motus centri orbis reuolutionis in orbe cuius centrũ est aspectus oculor ab occidente ad orientẽ: ⁊ equale etiã tempori in quo erit motus stelle in orbe reuolutionis: sed eius motus localis erit a longitudine lõgiore ab oriente ad occidentẽ. ¶ Et postq; hoc ita est: demõstrabo breuiter: et q; pauciſſimis verbis: q; totũ qđ apparet: est in vtrisq; modis equale. Deinde post illud ostendam per numeros computationis diuersitatem motus solis. Et dico primum: q; in vnoquoq; duorum modorum erit diuersitas maior que est inter motum equalem ⁊ motum qui apparet diuersus apud transitum stelle mediũ intellectum cum numerabitur eius cursus a principio motus sui a longitudine longiore vsq; quo secet quartam orbis signor: ⁊ q; tempus qđ est a longitudine longiore vsq; ad hunc transitum medium quẽ nomina-




uimus: est longius tempore qđ est a transitu medio vsq; ad lōgitudinem propinquiorem Quapropter ſm modum orbis centri egredientis similiter erit semper. Sed ſm modum orbis reuolutionis cum fuerit motus localis stelle a longitudine longiore in orbe reuolutionis ab oriente ad occidentem: erit tempus quod est a motu minore ad motū medium: longius tempore quod est a motu medio ad motum maiorem: eo q; ſm vnumquēq; duorum modor erit motus minor in longitudine longiore. Et cum fuerit motus localis stelle in orbe reuolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientē: erit motus stelle a longitudine longiore econtrario illius: scz erit tempus quod est a motu maiore ad medium longius tempore quod est a motu medio ad minorem: qm̄ motus maior erit in longitudine longiore.


Oſcribam itaq; stelle primū orbē ecētricū: supra quē sint. a. b. g. d. supra centrū. e. r diametrum. a. e. g. r ponā in diametro centrū orbis signor: qđ est aspectus oculorū: supra qđ sit nota. r. r faciā transire per. r. lineam ortogonaliter super diametrum. a. e. g. supra quā sint. b. r. d. sitq; stella super duas notas. b. r. d. ad hoc vt sit spaciū earum qđ videtur a duobus finibus vsq; ad punctum. a. qđ est longitudo longior quarta circuli. Demonstrabiť enī tūc q; diuersitas maior que est inter motum mediū r motum diuersum: erit apud duas notas. b. r. d. Protrahabam ergo duas lineas. e. b. r. e. d. Ex hoc enī declarabiť q; ꝓportio anguli. e. b. r. ad quattuor angulos rectos: est sicut ꝓportio arcus diuersitatis ad totū circulū: qm̄ angulus. a. e. b. est sub arcu motus medij. r angulus. a. r. b. est sub arcu eius qđ apparet ex diuersitate. r superfluū qđ est inter eos est āgulus. e. b. r. Et dico q; nō erigiť alius angulus: qui sit maior vnoquoq; horū duor angulor in circulo. a. b. g. d. super lineā. e. r. Erigant̄ ergo duo anguli apud punctū. t. r punctū. k. qui sint anguli. e. t. r. r angulus. e. k. r. r protrahabam duas lineas. t. d. r. k. d. et q; in omni triangulo linea longior sub tendiť angulo maiori. r linea. t. r. est lōgior linea. r. d. erit angulus. t. d. r. maior angulo. d. t. r. sed angulus. e. d. t. est equalis angulo. e. t. d. qm̄ linea. e. d. est equalis linee. e. t. ergo angulus e. d. r. qui est equalis angulo. e. b. r. erit maior angulo. e. t. r. Et quia etiam linea. d. r. est longior linea. k r. erit angulus. r. k. d. maior angulo. r. d. k. Totus autem angulus. e. k. d. est eq̄lis toti angulo. e. d. k. quoniam linea. e. k. etiam est equalis linee. e. d. ergo angulus. e. d. r. residuus qui est equalis angulo. e. b. r. est maior angulo. e. k. r. non est ergo possibile vt erigant̄ anguli alij maiores his duobus angulis ſm modum quem prediximus apud duo puncta b. r. d. Jam vo demonstratum est cum hoc: q; arcus. a. b. qui est tempus qđ est a motu minore ad motum mediū: est longior arcu. b. g. qui est apud tempus qđ est a motu medio ad motum maiorem: per duos arcus qui videntur ex diuersitate. quoniā angulus. a. e. b. est maior angulo. e. r. b. per angulum. e. b. r. r angulus. b. e. g. est minor eo per ipsum.




Ad hoc vo vt declaretur etiam ſm modum alium: q; ea que accidunt: similiter reperiuntur in eo Describā circulum cuius centrū sit centrū mūdi: supra quē sint. a. b. g supra centrum. d. r diametrū. a. d. b. r reuolutionis orbem qui reuoluiť sup ipsum r in eius superficie: supra quem sint. e. r. b. supra centrum. a. sitq; stella supra punctum. b. cum videtur eius longitudo a puncto longitudinis longioris quarta circuli. Protrahā aūt duas lineas. a. b. r. d. b. g. Dico ergo: q; d. b. g. ōtingit orbē reuolutiōis in pūcto. b. r q; apud illum erit diuersitas maior que est inter motū medium r diuersum. Et qz motus medius qui est a longitudine longiore: continetur ab angulo. e. a. b. propter hoc q; motus stelle in orbe reuolutionis: r motus centri orbis reuolutionis in orbe. a. b. g. sunt equalis velocitatis. sed diuersitas que est inter motum medium r motū qui videtur: continetur ab angulo. a. d. b. ergo manifestum est: q; superfluum quod est inter duos angulos. e. a. b. r. a. d. b. qui est angulus. a. b. d. continet spacium qđ videtur inter stellam r longitudinem longiorē. Et qz hoc spacium est quarta circuli: erit angulus. a. b. d. rect⁹. Quapropter erit linea. d. b. g. contingens orbem reuolutionis: supra quem sunt. e. r. b. Arcus ergo. a. g. est diuersitas maior: que est inter motum medium r motum diuersum. Quapropter arcus. e. b. qui est tempus qđ est a motu minore ad motū medium: ſm q; declaratū est hic ex motu locali stelle in orbe reuolutionis: erit maior. b. r. qui est tempus qđ est a medio motu ad maiorem per duplū arcus. a. g. Si enim protraxerimus lineam. d. b. t. r lineauerimus. a. k. t. ortogonaliter super lineam. e. r. erit angulus. k. a. b. equalis angulo. a. d. g. r arcus. k. b. similis arcui. a. g. r cū hoc arcu erit arcus. e. k. b. maior quarta vna. r arcus. r. b. minor quarta vna cum eo. Et hoc est quod oportuit nos demonstrare.




Demonstrabimus autem per illud qđ narrabimus cuiq; volenti comprehendere scientiam: q; totum qđ est in motuū speciebus: scz motuū mediorū et motuū qui videntur: r qđ est inter eos ex superfluo (qđ est diuersitas) in temporibus equalibus est equale semper ſm vnumquēq; duorum modorū. Et describam ad hoc circulum: cuius centrū sit centrum orbis signorum: supra quē sint. a. b. g. supra centrum. d. et circulū alium ei equalem: cuius centrum egrediatur a centro eius: supra quē sint. e. r. b. super centrum. t. super diametrum vnam ambobus cōmunē. quā faciam transire supra duo cen-







tra vſq; ad punctũ.e.qõ eſt longitudo longior: ſupra quã ſint.e.a.t.d.r diuidam ex circulo a.b.g.arcum ſm quã quantitatẽ voluerimus: ſupra quẽ ſint.a.b. Et deſcribã orbem reuolutionis: ſupra centrũ.b.r ſm lõgitudinem.d.t.ſupra quẽ ſint.k.r.r protrabam lineam.d.b.k. Dico ergo q; ſtella in vnoquoq; duorũ motuũ in vno tẽpore vadit ad locũ ſectionis orbis ecentrici r orbis reuolutionis ſine dubio: qui eſt pũctũ.r.r erũt arcus tres ſimiles: arcus ſcz e.r.orbis ecentrici: r arcus.a.b.orbis ſignorũ: r arcus.k.r.orbis reuolutionis.r diuerſitas q̃ eſt inter motũ mediũ r inter diuerſum r motũ ſtelle qui videtur cum hoc toto eſt ſm duos modos cũ re vna r ſimilitudine vna equaliter. Protrabã ergo lineas.r.t.r.b.r.r.d.r.fit igitur figura quadrilatera: ſupra quã ſunt.b.d.t.r.r fiũt omnia duo latera eius oppoſita equalia: ſcz.t.r.equale.b.d.r.b.r.equale.d.t.erit ergo quadrilaterũ equidiſtãtiũ laterum: ſcz.b.d. equidiſtat.r.t.r.b.r.equidiſtat.d.t.erũt ergo tres anguli equales: ſcz angulus.e.t.r.r angulus.a.d.b.r angulus.r.b.k. Et q; ipſi ſunt apud centrum.tũc arcus qui ſubtendũtur eis ſunt ſimiles: ſcz arcus.e.r.circuli ecentrici: r arcus a.b.circuli orbis ſignorum: r arcus.k.r.orbis reuolutionis. Scõm ergo ambos motus in tempore vno vadit ſtella ad punctum.r.r ad arcum orbis ſignor: quẽ iam videtur ſtella ſecuiſſe a longitudine longiore. ¶ Hoc vo ſequit Ut ſit quantitas diuerſitatis etiam in vnoquoq; duorum modorum vna. Nos enim iã demonſtrauimus: q; hec diuerſitas ſm modũ orbis ecentrici continetur ab angulo.d.r.t.r ſm modũ orbis reuolutionis continetur ab angulo.b.d r. Hi autem duo anguli ſunt equales coalterni: propter hoc q; iam oſtendimus: q; r.t.equidiſtat.b.d. Et manifeſtum eſt q; illud in omnibus longitudinibus erit ſimiliter. Quadrilaterũ nãq; ſupra qõ ſunt.b.d.r.t.eſt ſemper equidiſtantium laterum.r motus ſtelle localis in orbe reuolutionis eſt qui ſignat orbẽ ecentricum cum fuerint proportiones in vnoquoq; duorum modorum ſimiles et equales.



Demonſtrabo aũt q; quãtitates arcuum ſimiliũ: etſi ſint diuerſarum quantitatũ: tñ qõ videtur ex eis que accidunt in eis equale eſt ei quod videtur in illis que ſunt equalium quantitatũ. ¶ Et ad hmõi exẽplum circũducã circulum: cuius centrũ ſit centrũ mundi: ſupra quem ſint.a.b.g.ſupra centrũ.d.ſitq; diameter eius ſupra quã currit ſtella in longiore r propinquiore longitudine: ſupra quã ſint.a.d.g.r circulus reuolutionis reuolutus ſupra centrum: ſcz punctũ.b.cuius remotio a longitudine longiore eſt arcus.a.b.ſm quam quantitatẽ voluerimus: ſupra quẽ ſint.e.r. Moueatur vo ſtella in orbe reuolutionis ſm quãtitatẽ arcus.e.r.qui monſtrat eſſe ſimilis arcui.a.b. ppter hoc q; reuerſiones orbium ſunt in temporibus equalibus. Protrabam autem lineas.d.b.e.r.b.r.r.d.r. r propter hoc declarabitur q; duo anguli.a.d.e.r.r.b.e.ſunt equales ſemper.r q; ſtella ſm hunc modum videtur ſupra lineam.d.r.



Et dico q; cũ ſm modũ orbis centri egredientis ſit ecentricus maior orbe.a.b.g. cuius centrum eſt centrum mundi: aut ſit minor eo: cũ fuerint proportiones ſimiles tñ: r reuerſiones in tẽporibus equalibus: ſuper lineã.d.r.etiã videbitur ſtella. ¶ Deſcribam aũt orbem ecentricũ: quem ponam maiorem ſicut dixim⁹: ſupra quem ſint.b.t.r ſit eius centrum.k.ſupra diametrum.a.g. Et ponam ipſum etiam minorem: ſupra quem ſint.l.i.ſupra centrum.n.r producam duas lineas.d.i.r.r.d.a.l.ſm rectitudinem vſq; ad.t.r ad.b.r protrabam lineas duas.t.k.r.i.n.r ſit proportio.d.b.ad.b.r.ſicut proportio.t.k.ad.k.d.r ſicut proportio.i.n.ad.n.d. ſed angulus.b.r.d.eſt equalis angulo.i.d.b. qñ.d.b. r.b.r.ſunt equidiſtantes. Quapropter erũt anguli quibus latera proportionalia ſubtendũtur quiſq; minor recto: qñ ſunt anguli diuerſitatis r equales. ſ. angulus. b.d.r. r angulus.d.t.k. r angulus.d.i.n. Linee ergo.b.d.r.t.k. r.i.n.ſunt equidiſtantes. quapropter erũt anguli.a.d.b.r.a.k.t.r.a.n.i.equales. Et q; omnes ſunt ſuper centra orbium: erũt arcus qui ſubtendũtur eis ſimiles: ſcz arcus.a.b. r arcus.b.t. r arcus.l.i. non ergo in tẽpore vno ſecat orbis reuolutionis tñ arcũ.a.b. Stella aũt ſecat arcum.e.r.ſed ſtella etiã ſecat ex orbe ecentrico arcum.b.t. r arcum.l.i. quapropter videbitur ſemper ſuper lineam d.i.r.t. ſed in orbe reuolutionis cũ fuerit ſupra punctũ.r.r in orbe ecentrico maiore cũ fuerit ſupra punctum.t.r in orbe ecentrico minore cũ fuerit ſupra punctũ.i. Et ſimiliter videbit in locis omnibus ſm omnium ſitus. Et illud eſt quod oportuit nos demonſtrare.




Accidit aũt in hoc: vt cũ ſtella fuerit viſa ſecuiſſe duos arcus equalis lõgitudinis a longitudine longiore r a lõgitudine ppinquiore: tũc diuerſitas ſit in vnoquoq; ipſor⁹ duor⁹ locor⁹ vna. Si enĩ lineauerimus circulũ ſm modũ orbis ecentrici ſup centrũ.e. ſuper quẽ ſint.a.b.g.d.r diameter eius ſit.a.e.g.et poſuerimus aſpectum oculor⁹ ſuper diametrũ a pũcto.r.tranſeũtẽ ſuper ipſam vſq; ad punctũ.a.qõ eſt lõgior longitudo: r protraxerimus ſupra pũctũ.r.lineã ſicut voluerimus: ſupra quã ſint.b.r.d.r ptraxerimus duas lineas.e.b.r.e.d. tunc duo arcus ſupra quos viſa eſt ſtella pertranſiſſe: erunt oppoſiti r equales. Per quod.ſ.intelligi volumus: q; anguli.a.r.b.qui eſt longitudinis longioris.r anguli.g.r.d.qui eſt lõgitudinis ppinquioris: erit diuerſitas vna: qñ.b.e.eſt eẽlis e.d.r angulus.e.b.r.eſt equalis angulo.e.d.r. Diuerſitas ergo que eſt quãtitatis arcus qui


videtur:est vna.s.arcus qui subtenditur vnicuiqz duorum angulorꝝ.a.r.b.z.g.r.d.Scdm quantitatem ergo illius arcus erit arcus motus stelle a pūcto.a.qd est longitudo lōgioꝝ:maioꝝ motu medio.z fm quantitatē illius arcus etiam erit arcus motus stelle qui est a puncto g.qd est longitudo ꝓpinquioꝝ minoꝝ.ꝓpter hoc:q angulus.a.e.b.est maior angulo.a.r.b. z angulus.g.e.d.est minor angulo.g.r.d.equaliter.Et illud est qd oportuit nos demōstrare

Quod si lineauerimus circulū fm modum orbis reuolutionis:cuius centrū sit centrū mūdi:supra quē sint.a.b.g.super centrum.d.sitqz diameter eius.a.d.g.z supra orbem reuolutionis sint.e.r.b.z sit super centrū.a.z protraxerimus a puncto.d. lineam rectam:supra quā sint.d.b.r.quocūqz modo voluerimus.z protraxerimꝰ lineas duas.a.r.z.a.b.fiet vt arcus.a.b.sit etiam arcus diuersitatis:siue fuerit stella supra pūctū.r.siue supra pūctū.b.z videatur eius longitudo a longitudine longioꝝ in orbe signorū cū fuerit supra punctū.r.z longitudo eius a longitudine propinquioꝝ:cū fuerit supra punctum.b.vna.Qm̄ arcus qui videtur a longitudine longioꝝ subtenditur angulo.d.r.a.Jam eni ostensum est q ipse est diuersitas:que est inter motū mediū z motū visionis.z arcus visionis qui subtenditur angulo.r.b.a.ipse est etiā equalis motui medio qui est a longitudine propinquioꝝ z diuersitati visionis:sed angulus.d.r.a.est equalis angulo.r.b.a.qm̄ linea a.r.est equalis linee.a.b.Ex his igitur colligitur etiam:vt fm diuersitatem vnā:que est angulus.a.d.b.sit motus medius:qui est apud longitudinem longiorem:maioꝝ eo qui videt Per qd.s.intelligi volumus:q angulus.e.a.r.est maior angulo.a.r.d.z motus medius q̄ est apud longitudinē propinquiorē sit minor eo qui videtur:qui est ipse idē.p qd.s.intelligi volumꝰ:q angulus.b.a.d est minor angulo.a.b.r.Et illd ē qd oportuit nos demōstrare.

¶ Capitulū quartū De sciētia eoꝝ q̄ apparēt ex diuersitate motus solis i aspectu z visione.

¶ Et ad illius exemplũ deſcribã circulũ orbis reuolutionis lune: ſupra quem ſint. a. b. g. et locus in quo fuit luna in tempore medio eclypſis prime ſit punctum. a. et locus in quo fuit luna in tempore medio eclypſis ſecunde ſit punctum. b. et locus in quo fuit luna in tempore medio eclypſis tertie ſit punctum. g. ⁊ imaginemur localem motum lune in orbe reuoluente a puncto. b. ad punctum. a. ⁊ a puncto. a. ad punctũ. g. erit ergo arcus. a. g. b. quem ſecat luna ab eclypſi prima vſq; ad eclypſim ſecundã: qui eſt. 306. partes ⁊. 25. minuta: addens ſupra curſum mediũ tres partes ⁊. 24. minuta. ⁊ erit arcus. b. a. g. quem ſecat luna ab eclypſi ſecũda vſq; ad eclypſim tertiam: qui eſt. 150. partes ⁊. 26. minuta: minuens a curſu medio. 37. minuta. propter hoc ergo erit tranſitus quem pertranſit luna a puncto. b. ad punctum. a. qui eſt. 53. partes ⁊. 35. minuta: minuens ex motu medio. 3. partes ⁊. 24. mĩ. ⁊ trãſitus quem pertranſit luna a puncto. a. ad punctum. g. qui eſt. 96. partes ⁊. 51. minuta: erit addens ſupra curſum medium duas partes ⁊. 47. minuta. Et manifeſtum eſt q᷑ non poteſt eſſe vt ſit longitudo propinquior: que eſt orbis reuoluentis in arcu. b. a. g. qñ ipſe eſt iminutus et minor medietate circuli. ⁊ motus maior nõ erit niſi in loco longitudinis ꝓpinquioris. Et quia longitudo propinquior eſt neceſſario ſuper arcum. g. e. b. tunc ſumatur centrum orbis ſignor ⁊ centrum orbis qui reuoluit centrum orbis reuolutionis punctum. d. ⁊ protrahamus ab eo tres lineas ad pũcta eclypſium triũ. ſupra quas ſint. d. a. ⁊. d. e. b. ⁊. d. g. Et dico ſermone cõmunẽ: vt cũ voluerimus conuertere demonſtrationes ſimiles in hoc capitulo: ſit illud nobis leuius ſi voluerimus declarare illud qõ demonſtrare volumus ſm modũ orbis reuoluentis: quẽadmodum volumus nunc. Et ſi voluerimus declarare illud ſm modum orbis centri egredientis: erit centrum tunc punctum. d. ⁊ erit deintus. ⁊ protrahamus vnam linearum trium vſq;








ad arcum qui ei opponitur: ſicut protraximus lineam.d.e.b.ad punctum.e. deinde ad punctum.b.quod eſt eclypſis ſecũde.⁊ ab vno duorum punctorum reliquorum: que ſunt duarum eclypſium aliarum: ad aliud protraham lineam ſicut protrahimus hic lineam.a.g.⁊ producam a loco ſectionis: qui eſt punctum.e.duas lineas ad puncta duo reliqua ſcz quẽadmodũ ꝓtrahimus hic duas lineas.e.a.⁊.e.g.⁊ ꝓtraham etiam ab eodẽ ad duas lineas q̃ ꝓducunt a duobus pũctis reliquis ad centrũ ſignorum duas perpendiculares: ſicut protraximus hic ad lineam.a.d.perpẽdicularem.e.r.⁊ ad lineam.d.g.perpendicularem.e.b.⁊ etiam protrahã ab vno duorum punctorum que predixirimus perpendicularẽ ad lineam.a.e.ſicut produximus hic lineam.g.t. Nos ergo quia accepimus proportiones in eis que poſuimus in hac forma: inueniemus ꝓportiones cum numeris huius demonſtrationis vnas.⁊ remanſit eligere planiores tiũ quibus operemur. Et quia iam declaratum eſt nobis: ꝙ arcus.a.b.pertrãſit ex orbe ſignorum tres partes ⁊.24.minuta: erit angulus.b.d.a.qui eſt apud centrum orbis ſignorum tres partes ⁊.24.minuta fere: ſm quãtitatem qua erunt quatuor anguli recti.360.partes.⁊ ſm quãtitatẽ qua erũt duo anguli recti.360.ptes: erit angulus.b.d.a.ſex partes et.48.minuta. Quapropter erit arcus qui eſt ſupra chordam.e.r.ſex partes ⁊.48.minuta: ſm quantitatem qua erit circulus ambiens triangulum.d.e.r.orthogoniũ.360.partes.⁊ erit chorda.e.r.ſeptem partes ⁊.7.minuta: ſm quantitatem qua erit diameter.d.e.120.partes. Et ſimiliter quia arcus.b a.eſt.53.partes ⁊.35.minuta: erit angulus.b.e.a.qui eſt apud arcũ.53.partes et.35.minuta: ſm quantitatẽ qua erũt duo anguli recti.360.ptes.⁊ cũ hoc fuit angulus.b.d a.ſex partes ⁊.48.minuta.angulus ergo.e.a.d reliquus erit.46.partes.⁊.47.minuta.quapropter erit arcus qui eſt ſuper chordam.e.r.46.partes ⁊.47.minuta: ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.a.e.r.orthogonium.360.partes.⁊ chorda.e.r.erit.47.partes et 38.minuta ⁊.30.ſecunda: ſm quantitatẽ qua erit diameter.e.a.120.partes.ergo ſm quantitatẽ qua erit chorda.e.r.ſeptem partes ⁊.7.minuta: ⁊ iam oſtenſum eſt ꝙ.d.e.eſt.120.partes: erit chorda.a.e.17.partes ⁊.55.minuta ⁊.32.ſecunda. ¶ Et etiam ꝙ arcus.b.a.g.pertranſit ex orbe ſignorum.37.minuta.erit angulus.b.d.g.qui eſt apud centrum orbis ſignorum 37.minuta: ſm quantitatem qua erunt quatuor anguli recti.360.partes.⁊ ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes: erit angulus.b.d.g.pars ⁊.14.minuta. Quapropter erit arcus qui eſt ſuper lineam.e.b.pars ⁊.14.minuta.⁊ linea.e.b.pars ⁊.17.minuta ⁊.30.ſecunda: ſm quãtitatem qua erit diameter.d.e.120.partes. Et ſimiliter quia arcus.b.a.g.eſt 150.partes ⁊.26.minuta: erit angulus.b.e.g.qui eſt apud arcum.150.partes ⁊.26.minuta ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.⁊ ſm illam quantitatem erit angulus.b.d.g.pars ⁊.14.minuta.remanet ergo angulus.e g.d.ſm illam quantitatem.149.partes ⁊.12.minuta. Quapropter erit arcus qui eſt ſupra lineam.e.b.149.partes ⁊.12.minuta ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.g.e.b.orthogoniũ.360.partes. Et erit chorda.e.b 115.partes ⁊.41.minuta ⁊.24.ſecunda: ſm quantitatem qua erit diameter.g.e.120.partes. ergo ſm quantitatem qua erit linea.e.b. pars ⁊.17.minuta et.30.ſecunda: ⁊ iam oſtenſum eſt ꝙ eſt diameter.d.e.120.partes: erit linea.g.e.pars ⁊.20.minuta. ⁊.23.ſecunda. Et ſm illam quantitatem declaratur ꝙ linea.e.a.eſt.17.partes ⁊.55.minuta ⁊.32.ſecunda. Et etiam quia iam oſtenſum eſt ꝙ arcus.a.g.eſt.96.partes ⁊.51.minuta: erit angulus.a.e.g.qui eſt apud arcum ſm illam quantitatẽ.96.partes ⁊.51.minuta: ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes. Quapropter erit arcus qui eſt ſupra chordã g.t.96.partes ⁊.51.minuta: ſm quantitatẽ qua erit circulus ambiens triangulũ.g.e.t. orthogoniũ.360.partes. Et arcus qui eſt ſupra chordam.e.t.reſiduus ad complendum ſemicirculum erit.83.partes et.9.minuta. Erunt ergo linee que ſubtenduntur arcubus: ſcz.g.t.89. partes ⁊.46.minuta ⁊.14.ſecunda: ſm quantitatẽ qua erit diameter.g.e.120.partes.⁊.e.t. ſm illam quantitatem erit.79.partes ⁊.37.minuta ⁊.55.ſecunda. ſm quantitatẽ ergo qua erit linea.e g.pars ⁊.20.minuta ⁊.23.ſecunda: erit linea.g.t.pars vna ⁊ octo ſecũda. et linea e.t.erit.53.minuta ⁊.21.ſecunda. Sed ſm illam quantitatem fuit tota linea.e.a.17.partes ⁊.55.minuta ⁊.32.ſecunda. Remanet ergo linea.t.a.17.partes ⁊ duo minuta ⁊.11.ſecũda ſm quantitatem qua oſtenſum eſt ꝙ linea.g.t.eſt pars ⁊ octo ſecunda. Et erit quadratũ qđ eſt ex multiplicatione.a t.linee in ſe.290.partes ⁊.14.minuta ⁊.19.ſecũda. Et quadratum quod eſt ex multiplicatione.g.t.in ſe: eſt pars ⁊ 17.ſecunda. Cum ergo aggregabuntur ipſa erũt equalia quadrato.a.g.ſcz.291.partibus ⁊.14.minutis ⁊.36.ſecũdis. Longitudo ergo linee.a.g.erit.17.partes ⁊.3.minuta ⁊.51.ſecunda: ſm quantitatem qua erit diameter.d.e 120.partes. Et linea.g.e.fuit ſm illam quãtitatem pars ⁊.20.minuta ⁊.23.ſecunda. Et ſm quantitatem qua eſt diameter orbis reuoluẽtis.120.partes: erit linea.a.g.89.partes ⁊.46 minuta ⁊.14.ſecunda. qm̃ ipſa eſt chorda arcus.a.g.qui eſt.96.partes ⁊.51.m̃. ſm quantitatem ergo qua eſt linea.a.g.89.partes ⁊.46.minuta ⁊.14.ſecũda.⁊ diameter orbis reuoluentis.120.partes: erit linea.d.e.631.partes et.13.minuta et.48 ſecunda.et linea.g.e.erit ſeptem partes ⁊ duo minuta ⁊ octo ſecunda.et arcus qui eſt ſuper illam: qui eſt.g.e. erit ſex

partes ꝛ.44.minuta ꝛ.30.secunda:ſm quantitatem qua eſt orbis reuoluens.360.partes.ꝛ ſm illam quantitatē eſt arcus.b.a.g.150.partes ꝛ.26.minuta.Totus ergo arcus.b.g.e.erit 157.ptes ꝛ.11.minuta fere.ꝛ eius chorda:q̄ eſt.b.e.erit.117.partes ꝛ.37.minuta ꝛ.32.ſecunda:ſm quātitatē qua eſt diameter orbis reuoluentis.120.partes.Si ergo reperiremus lineam.b.e.equalem diametro orbis reuoluentis.manifeſtum eſt ꝙ eius centrū eſſet ſupra eam.ꝛ propter hoc demonſtrare[tur] propoꝛtio duarū diametroꝝ. Et quia.b.e.eſt breuioꝛ diametro:ꝛ arcus.b.g.e.eſt minoꝛ ſemicirculo:tunc manifeſtum eſt q̄ centrū orbis reuoluētis cadit extra poꝛtionem.b.g.e.ponam ergo punctum.k.centrum orbis reuoluentis.ꝛ protraham à.d.quod eſt centrum orbis ſignoꝝ lineam tranſeuntē ſuper.k.ſupra quā ſint.d.m.k.l. ſitq; punctum.l.longitudo longioꝛ orbis reuoluentis:ꝛ pūctum.m.longitudo propinquioꝛ Et quia ductus linee.b.d.in.d.e.eſt equalis ductui.l.d.in.d.m.ꝛ iā declarauimus:ꝙ ſm quā titatē qua eſt diameter orbis reuoluētis:que eſt linea.l.k.m.120.partes:erit linea.b.e.117. partes ꝛ.37.minuta et.32.ſecūda.ꝛ linea.e.d.ſm illam quantitatem.631.partes et.13.m̄. ꝛ.48.ſecunda.ꝛ manifeſtum eſt ꝙ tota linea.b.d.eſt.748.partes ꝛ.51.minuta ꝛ.20.ſecū da.ergo erit ductus linee.b.d.in.d.e.qui eſt equalis ductui linee.l.d.in.d.m.ſm illam quan titatem.472700.partes ꝛ quinq; minuta ꝛ.32.ſecunda.Et etiam quia quadratum duarū linearū.l.d.in.d.m.cum quadrato.k.m.in ſe:eſt equale quadrato.k.d.in ſe.ꝛ linea.k.m.que eſt medietas diametri orbis reuoluentis:eſt ſm illam quantitatem.60.partes. Et cum nos addiderimus quadratum eius:quod eſt.3600.ſupra.472700.partes et.5.minuta et.32. ſecūda.erit illud equale quadrato linee.d.k.in ſe:ſc3.476300.partibus ꝛ.5.minutis ꝛ.32. ſecundis.ergo erit longitudo linee.d.k.que eſt medietas diametri orbis reuoluentis orbem reuolutionis:cuius centrum eſt centrum orbis ſignoꝝ:ſm illam quantitatem.690.partes et 8.minuta ꝛ.42.ſecunda:ſm quantitatem qua erit linea.k.m.que eſt medietas diametri orbis reuolutionis.60.partes.quapropter erit medietas diametri orbis reuolutiōis:ſm quan titatem qua eſt medietas diametri orbis reuoluentis centrum orbis reuolutionis:cuius cen trum eſt aſpectus oculoꝝ.60.partes:quinq; partes ꝛ.13.minuta fere.


PRotrahamus autem perpendicularem in forma huic ſimili a centro.k.cadentem ſu pra lineam.b.e.ſupra quam ſint.k n.s.ꝛ producam lineam.b.k.ꝛ quia ſm quanti tatem eam qua iam oſtenſum eſt ꝙ linea.d.k.eſt.690.partes ꝛ octo minuta ꝛ.42 ſecunda:eſt linea.d.e.631.partes ꝛ.13.minuta ꝛ.48.ſecunda.ꝛ linea.e.n. que eſt medietas.b.e.ſm illam quantitatem eſt.58.partes et.48.minuta et.46.ſecunda.ergo pro prer hoc erit tota linea.d.e.n.ſm illam quantitatem.690.partes ꝛ duo minuta et.34.ſcōa. ergo ſm quātitatē qua erit diameter.d.k.120.partes: erit linea.d.n.119. partes et.58.m̄. ꝛ.57.ſecunda.ꝛ arcus qui eſt ſuper eam:erit.178.partes ꝛ duo minuta fere:ſm quantitatē qua erit circulus continens triangulum.d.k.n.orthogoniū.360.partes.propter hoc ergo erit angulus.d.k.n.178.partes ꝛ duo minuta:ſm quantitatem qua ſunt duo anguli recti.360 partes. Et ſm quantitatem qua ſunt quatuoꝛ anguli recti.360.partes: erit angulus.d.k.n. 89.partes ꝛ minutū vnū.ergo ꝛ arcus.s.m.qui eſt orbis reuolutiōis erit.89.partes ꝛ vnū minutum.ꝛ arcus.l.b.s.reſiduus ex complemento ſemicirculi erit.90.partes ꝛ.59.minuta. ꝛ ſm illam quantitatē erit arcus.s.b.qui eſt medietas arcus.b.s.e.78.partes et.35.minuta ꝛ.30.ſecunda.Jam enī oſtenſum fuit ꝙ totus arcus.b.e.eſt.157.partes ꝛ.11.minuta fere. ergo arcus.l.b.reliquus orbis reuoluētis qui eſt longitudo loci lune a lōgitudine lōgioꝝ in tpe medio eclypſis ſecūde:erit.12.ptes ꝛ.24.m̄.fere.Et illud eſt q̄ opoꝛtuit nos declarare.

ET ſimiliter quia iam oſtenſum eſt ꝙ angulus.d.k.n.eſt.89.partes ꝛ minutū vnū ſm quantitatem qua erunt quattuoꝛ anguli recti.360.partes: oſtendit ꝙ angu lus reliquus.k.d.n.ſc3 reſiduus complemēti anguli vnius recti eſt.59.minuta. ꝛ ipſe eſt angulus cui ſubtēditur arcus diminutus a curſu medio in longitudine quem ſecat arcus.l.b.orbis reuoluentis:qui eſt diuerſitas lune.fuit ergo locus lune per cur ſum ſuum medium in tempoꝛe medio eclypſis ſecūde in.14.parte virginis et.44.minuto. q̄m fuit locus eius ſm veritatē in.13.parte ꝛ in.45.minuto.Et fuit locus ſolis in piſcibus in partibus ſimilibus illis partibus. ¶ Fuit etiam prima trium eclypſium quas conſidera uimus in Alexandria ſm ꝙ ſubtilius poſſibile fuit in decimoſeptimo annoꝝ Adriani.20. diebus menſis tegni tranſactis.qui eſt vnus menſium egyptioꝝ:nocte cuius mane fuit dies viceſimus ſprimus.Conſideraui mus autem ſm veritatem:ꝛ inuenimus:ꝙ tempus medium fuit ante medietatem noctis medietate et quarta hoꝛe equalis. et eclypſata fuit luna tota.Et fuit locus ſolis in illa hoꝛa tertiadecima pars ꝛ quarta partis tauri fere. ¶ Secūda vo eclypſis fuit in anno decimonono annoꝝ Adriani:duobus diebus menſis ſignacb trā ſactis:no cte cuius mane fuit dies tertius. Et conſideraui mus et inuenimus:ꝙ tempus medium fuit ante mediam noctē vna hoꝛa equali.ꝛ eclypſata eſt ex luna a parte ſeptentrionis medietas ꝛ tertia diametri ipſius.Et fuit ſol in illa hoꝛa ſm veritatem in.25.parte ꝛ.10.minuto libre fere. ¶ Tertia autem eclypſis fuit in anno qui fuit viceſimus annoꝝ Adriani:tranſacto de/






cimonono die mensis formiche: qui est vnus mensium egyptior: nocte cuius mane fuit dies vicesimus. Et cõsiderauimus ⁊ inuenimus: ꝙ tempus medium fuit post medietatem noctis quattuor horis eq̃libus. ⁊ fuit eclypsata medietas diametri lune a parte septẽtrionis. fuitq; sol in illa hora in. 14. parte ⁊. 5. minuto piscis fere. ¶ Jam ergo demõstratũ est hic: ꝙ luna peragrauit post reuolutiones integras a tempore medio quod fuit eclypsis prime: ad tẽpus mediũ eclypsis secunde: quantũ perambulauit sol: sc̃z. 161. partes ⁊. 55. minuta. Et perambulauit a medio eclypsis secunde vsq; ad medium eclypsis tertie. 138. partes ⁊. 55. minuta Et fuit tempus quod fuit inter eclypsim primam ⁊ eclypsim secundã annus egyptius ⁊. 166 dies ⁊. 23. horæ ⁊ medietas ⁊ quarta horæ equalis. Sm veritatem vo. 23. horæ et medietas et octaua horæ. Et fuit tempus quod fuit inter medium eclypsis secunde ⁊ inter mediũ eclypsis tertie annus vnus etiã ⁊. 137. dies ⁊. 5. horæ equales: sm sermonẽ absolutũ. sed sm veritatẽ erant quinq; horæ ⁊ medietas horæ. Et erat cursus lune medius etiam post reuolutiones integras: sc̃z in ãno vno ⁊. 166. diebus ⁊. 23. horis ⁊ medietate ⁊ octaua horæ: cursus videl̃z diuersitatis. 110. partes ⁊. 21. m̃. Et cursus eius in lõgitudine. 169. ptes et. 37. m̃. fere. Et erat cursus eius in ãno vno ⁊. 137. diebus ⁊. 5. horis ⁊ medietate horæ equalis videl̃z cursus diuersitatis. 81. partes ⁊. 36. m̃. sed in lõgitudine. 137. partes ⁊. 34. m̃. fere. Manifestũ est q̃ ꝙ. 110. ptes ⁊. 21. m̃. q̃ sunt longitudinis prime orbis reuoluẽtis: minuũt ex cursu lune medio in longitudine septem partes ⁊. 42. minuta. ⁊ partes longitudinis secunde: sc̃z. 81. ptes ⁊. 36. minuta orbis reuoluentis addũt etiam supra cursum lune mediũ in longitudine partem vnam ⁊ 21. minuta. ¶ Postq̃ ergo hoc est sm ꝙ declaraui. tunc describã etiam orbẽ reuolutionis lune: supra quem sint. a. b. g. sitq; locus in quo fuit luna in tempore medio eclypsis prime punctum. a. ⁊ locus eius in tempore medio eclypsis secunde punctum. b. et locus eius in tempore medio eclypsis tertie punctũ. g. Et similiter imaginemur motum lune a puncto. a. ad punctum. b. ⁊ postea a puncto. b. ad punctum. g. ⁊ sit arcus. a. b. qui est. 110. partes ⁊. 21. minuta: minuens (quẽadmodum diximus) ex cursu medio in longitudine septem partes ⁊. 42. minuta. ⁊ sit arcus. b. g. qui est. 81. partes ⁊. 36. minuta: addens supra cursum medium in longitudine partẽ vnam ⁊. 21. minuta. ⁊ sit arcus. g. a. residuus: qui est. 168. partes ⁊. 3. minuta: addens supra cursum mediũ in longitudine partes residuas: sc̃z. 6. partes ⁊. 21. minuta. Et manifestum est ꝙ oportet vt sit longitudo longior in arcu. a. b. qũ non est possibile vt sit in arcu. b. g. neq; in arcu. g. a. eo ꝙ vnusquisq; eor̃ est addens: ⁊ minor semicirculo Et sm hoc ponam centrum orbis signorum: ⁊ centrum orbis supra quem currit centrum orbis reuoluentis punctum. d. ⁊ protrahã ab eo lineas ad pũcta locor̃ eclypsium trium que sint. d. e. a. ⁊. d. b. ⁊. d. g. ⁊ producã lineã. b. g. ⁊ protrahã a puncto. e. lineas: sc̃z ad punctum. b. ⁊ ad punctũ. g. duas lineas. e. b. ⁊. e. g. ⁊ ad duas lineas. b. d. ⁊. d. g. duas perpendiculares. e. r. ⁊. e. b. ⁊ etiam producam a puncto. g. ad lineam. b. e. perpendicularem. g. t. Et quia arcus. a. b comprehendit ex orbe signor̃ septem partes et. 42. minuta: erit angulus. a. d. b. qui est apud centrum orbis signor̃ septem partes ⁊. 42. minuta: sm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. ptes. ⁊ sm quãtitatẽ q̃ erũt duo ãguli recti. 360. ptes: erit. 15. ptes ⁊. 24. m̃. Et similiter erit arcus qui est supra lineã. e. r. 15. partes ⁊. 24. m̃. sm quantitatẽ qua erit circulus continens triangulum. d. e. r. orthogonium. 360. partes. Et chorda. e. r. erit. 16. partes ⁊ 4. minuta ⁊. 42. secũda: sm quantitatem qua erit diameter. d. e. 120. partes Et similiter ꝙ arcus. a. b. est. 110. partes ⁊. 21. minuta: erit angulus. a. e. b. qui est apud circulũ. 110. ptes ⁊. 21. m̃. sm quantitatem qua sunt duo anguli recti. 360. partes. ⁊ sm illam quantitatẽ fuit angulus. a. d. b. 15. partes ⁊. 24. minuta. ergo angulus. e. b. d. reliquus sm illam quantitatẽ erit. 94. partes ⁊. 57. minuta. Quapropter erit arcus qui est supra lineã. e. r. 94. partes ⁊. 57. minuta: sm quantitatẽ qua erit circulus ptinens triangulũ. e. b. r. orthogonium. 360. partes. ⁊ chorda. e. r. erit. 88. partes ⁊. 26. minuta ⁊. 17. secũda: sm quantitatem qua erit diameter b. e. 120 partes. sm quantitatẽ ergo qua erit linea. e. r. 16. partes ⁊. 4. minuta ⁊. 42. secũda. et quia iam ostensum est ꝙ linea. d. e. est. 120. partes: erit linea. b. e. 21. partes et. 48. minuta ⁊. 59. secũda. Et etiã quia iam ostensum est ꝙ arcus g. e. a. cõprehendit ex orbe signor̃ sex partes ⁊. 21. minuta: erit angulus. a. d. g. qui est apud centrum orbis signor̃ sex partes ⁊ 21. minuta: sm quantitatẽ qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ⁊ sm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes: erit. 12. partes ⁊. 42. minuta. quapropter erit arcus qui est supra lineam. e. b. 12. partes ⁊. 42. minuta: sm quantitatẽ qua erit circulus continens triangulum. d. b. e. orthogonium. 360. partes. ⁊ erit chorda. e. b. 13. partes ⁊. 16. minuta ⁊. 19. secunda: sm quantitatem qua erit diameter. d. e. 120. partes. Et similiter quia totus arcus. a. b. g. est. 191. partes ⁊. 57. minuta. erit angulus. a. e. g. qui est apud circulum similiter. 191. partes ⁊. 57. minuta: sm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes. et sm illam quantitatem fuit angulus. a. d. g. 12. partes ⁊. 42. minuta. ergo angulus. e. d. g. reliquus sm illam quantitatem erit. 179. partes ⁊. 15. minuta. ⁊ propter hoc erit arcus qui est super lineam. e. b. 179. partes ⁊. 15. minuta: sm illam quantitatem qua erit circulus ptinẽs





triangulum.g.e.b.orthogonium.360.ptes.ꝛ chorda.e.b.erit.119.ptes ꝛ.59.minuta.ꝛ.50 secunda:ſm quãtitatem qua erit diameter.e.g.120.partes:ſm quantitatem ergo qua erit linea.e.b.13.partes ꝛ 16.minuta.ꝛ.19.ſecunda:ꝛ linea.d.e.quemadmodum iam oſtenſum eſt.120.ptes:erit linea.g.e.13.ptes ꝛ.16.minuta ꝛ.20.ſecunda.ꝛ ſm illaꝫ quãtitatez o ſtenſuꝫ eſt qꝫ linea.b.e.eſt.21.partes ꝛ.48.minuta.ꝛ.49.ſecunda. Et etiaꝫ qꝛ arcus.b.g.eſt 81. partes ꝛ.36.minuta erit angulus.b.e.g.qui eſt apud circulum.81.partes ꝛ.36.minuta:ſm illam quantitatez qua erunt duo anguli recti.360.partes. Quapꝛopter erit arcus qui eſt ſupꝛa lineam.g.t.81.partes ꝛ.36.minuta:ſm quãtitatem qua erit circulus continens triangulum.g.e.t.orthogonium.360.partes.ꝛ arcus qui eſt ſupꝛa lineam.e.t.reſiduus ad complendum ſemicirculum.98.partes ꝛ.24.minuta. Ergo linee que ſubtẽduntur eis.ſ.linea.g.t.erit 78.partes ꝛ.24.minuta ꝛ.37.ſecũda: ſm quantitatem qua erit diameter.e.g.120.partes. ꝛ ſm eaꝫ erit chorda.e.t.90.partes ꝛ.50.minuta ꝛ.22.ſecunda.ergo ſm quantitatem qua erit linea.g.e.13.partes ꝛ.16.minuta ꝛ.20.ſecunda: erit linea.g.t.8.partes ꝛ.40.minuta ꝛ.20.ſecũda.ꝛ linea.e.t.ſimiliter erit.10.partes ꝛ duo minuta ꝛ.49.ſecunda. Et ſm illam q̃titatem eſt tota linea.e.b.21.partes ꝛ.48.minuta ꝛ.49.ſecunda,oporꝛet ergo vt ſit linea t.b.ſm illam quãtitatem.11.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.10.ſecunda:ſm quantitatem qua fuit linea.g.t.octo partes ꝛ.40.minuta ꝛ.20.ſecunda. Erit ergo quadratũ.t.b.in ſe.138.partes ꝛ.31.minuta ꝛ.11.ſecunda.ꝛ quadratum.g.t.ſm illam quantitatem erit.75.partes ꝛ.12. minuta ꝛ.27.ſecunda. Cũ ergo aggregauerimus ea:erit ex eis quadratum.b.g.in ſe.ſ.213. partes ꝛ.46.minuta ꝛ.38.ſecunda.erit ergo longitudo linee.b.g.14.partes ꝛ.37.minuta ꝛ 10.ſecunda:ſm quantitatem qua erit diameter.d.e.120.partes.ꝛ linea.g.e.13.ptes ꝛ.16. minuta ꝛ.20.ſecunda.ſ3 ſm quantitatẽ qua erit diameter orbis reuoluentis.120.partes: erit linea.b.g.78.partes ꝛ.24.minuta ꝛ.37.ſecũda.ꝛ ipſa ſubtendit arcui.b.g.qui eſt.81. partes ꝛ.36.minuta.ergo ſm quantitatez qua eſt linea.b.g.78.partes ꝛ.24. minuta ꝛ.37. ſecunda:ꝛ diameter orbis reuoluentis.120.partes:erit linea.d.e.643.partes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecunda.ꝛ linea.g.e.ſm illam quãtitatem erit.71.partes ꝛ.11.minuta ꝛ.4.ſecunda. ꝛ arcus qui eſt ſuper eam erit.72.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.10.ſecunda:ſm quantitatem qua erit orbis reuoluẽs.360.partes.ꝛ ſm eam erit arcus.g.e.a.168.partes ꝛ tria minuta. ergo arcus.e.a.reſiduus erit.95.ptes ꝛ.16.minuta ꝛ.50.ſecunda.ꝛ eius chorda.a.e.erit.88.partes ꝛ.40.minuta ꝛ.17.ſecũda:ſm quãtitatẽ qua erit diameter orbis reuoluentis.120.partes.ꝛ linea e.d.643.ptes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecũda. Et illud eſt qõ oporꝛuit nos õclarare.

ET etiam quia iam oſtenſum eſt qꝫ arcus.e.a.eſt minor ſemicirculo.ergo manifeſtum eſt qꝫ centrum orbis reuoluentis cadit extra portionem.e.a.ponã itaqꝫ punctum.k centrum orbis reuoluentis.ꝛ protrahamꝫ lineam.d.m.k.l.donec ſit etiam punctum.l. ipſa longitudo longior:ꝛ pũctũ.m.ipſa longitudo propinquior. Et qꝛ ductus linee.a.d.in.d.e. eſt equalis ductui.l.d.in.d.m.ꝛ iam oſtendimus qꝫ ſm quantitatez qua erit diameter orbis reuoluentis:que eſt linea.l.k.m.120.partes:erit linea.a.e.88. partes ꝛ.40.minuta ꝛ.17.ſecunda.ꝛ linea.e.d.ſm illam quantitatem.643.partes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecunda,ergo manifeſtum eſt qꝫ tota linea.a.d.eſt.732.partes ꝛ.16.minuta ꝛ.56. ſecunda.erit ergo ductus.a.d.in.d.e. qui eſt equalis ductui linee.l.d.in.d.m.471304.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.17.ſecunda. Et etiam quia ductus linee.l.d.in.d.m. cum quadrato linee k.m.in ſe:eſt equalis quadrato.d.k.in ſe.ꝛ linea.k.m.que eſt medietas diametri orbis reuoluentis:eſt ſm illam quantitatem.60.partes.tunc cuꝫ nos addiderimus eius quadratũ: quod eſt.3600.ſuper.471304.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.17.ſecunda.erit ex eis quadratum linee.d.k.in ſe:ſm illam quantitatez.474904.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.17.ſecunda.erit ergo longitudo linee.d.k.que eſt medietas diametri orbis ſupꝛa quẽ currit centrũ orbis reuoluẽtis ꝛ cuius centrum eſt centrum orbis ſignozum.689.partes ꝛ.8.minuta fere ſm illud.ꝛ ſm quantitatem qua eſt longitudo que eſt inter duo centra.ſ.centrum orbis ſignozũ ꝛ centrum orbis reuoluentis.60.partes:erit medietas diametri orbis reuoluẽtis quinqꝫ partes ꝛ.14.minuta fere.ꝛ hoc eſt illi propoꝛtioni propinquius:que fuit eclypſium precedentiuꝫ: quas declarauimus ante has partum. Et illud eſt qõ oporꝛuit nos declarare.

PRotrahamꝫ etiam in cõſimili huius forme a puncto.k.quod eſt centrum orbis reuoluentis:ꝓpendicularem ſupꝛa lineaꝫ.d.e.a.ſupꝛa quam ſint.k.n.s.ꝛ ꝓducam lineam.a.k. Et qꝛ iam oſtenſum eſt:qꝫ ſm quãtitatem qua erit linea.d.k.689.ptes ꝛ octo minuta:fuit linea.d.e.643.partes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecunda: ꝛ linea.n.e. que eſt medietas linee.a.e.erit ſm illam quantitatem.44.partes ꝛ.20.minuta ꝛ octo ſecunda.ergo linea.d.e.n.erit ſm illam quantitatẽ.687.partes ꝛ.56.minuta ꝛ.47.ſecunda.ſm quantitatez ergo qua erit diameter.d.k.120.partes:erit linea.d.n.119.partes ꝛ.47.minuta ꝛ.36.ſecunda.ꝛ arcus qui eſt ſupꝛa eam erit.173.partes ꝛ.17.minuta fere:ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.k.n. orthogonium.360.partes. Et ſimiliter erit angulus.d.k.n.173.partes ꝛ.17.minuta:ſm q̃ntitatez qua ſunt duo anguli recti.360. partes.ſm quantitatez vo qua ſunt quatuoꝛ anguli recti.360.partes:erit.86.partes ꝛ.38.







minuta ꝛ.30.secunda.ergo arcus.m.e.s.circuli orbis reuoluẽtis erit.86.partes ꝛ.38.minuta ꝛ.30.secunda.ꝛ arcus.l.a.s.qui est residuus cõplementi semicirculi:erit.93.partes ꝛ.21.minuta ꝛ.30.secunda.ꝛ erit arcus.a.s.fm illam quantitatẽ:qui est medietas arcus.a.e.47.partes ꝛ.38.minuta ꝛ.30.secunda fere.arcus igit̃.a.l.residuus erit.45.ptes ꝛ.43.minuta. Jam autem fuit totus arcus.a.b.fm illam quantitatez.110.partes ꝛ.21.minuta.Quapꝛopter erit arcus.l.b.residuus:qui fuit longitudo lune a puncto longitudinis longioris in tpe medio eclypsis secũde posite.64.partes ꝛ.38.minuta. Et illud est qõ opoꝛtuit nos oñdere.

QT quia iam ostensum est q̃ angulus.d.k.n.est.86.partes ꝛ.38.minuta fere: fm quantitatem qua sunt quattuoꝛ anguli recti.360.partes:erit angulus.k.d.n.residuus ex complemento anguli vnius recti.3.partes ꝛ.22.minuta. Jam autez fuit totus angulus.a.d.b.fm illam quantitatem septez partes ꝛ.42.minuta.angulus ergo.l.d.b.reliquus erit quattuoꝛ partes ꝛ.20.minuta.ꝛ ipse est cui subtẽditur arcus oꝛbis signoꝛũ:qui minuit̃ ex cursu medio in longitudine:diuersitatis que est arcus.a.b. oꝛbis reuoluẽtis. Fuit ergo locus lune per cursum mediũ in longitudine in tẽpoꝛe medio eclypsis secunde vigesimanona pars ꝛ trigesimum minutum arietis.qm̃ locus eius fm veritatem fuit vigesima quinta pars ꝛ decimũ minutũ. Et ipse sunt ptes in quaꝛ similibus libꝛe fuit sol.

¶ Capitulum septimum De equatione medij cursus lune in longitudine ꝛ medij cursus eius in diuersitate.

QT quia iam ostendimus q̃ luna fuit in tempoꝛe medio eclypsis que fuit secũda trium eclypsium antiquaꝛ per cursum suum medium in longitudine in quartadecima parte ꝛ quadragesimoquarto minuto Virginis.ꝛ per cursum diuersitatis in duodecima parte ꝛ vigesimoquarto minuto a longitudine longioꝛe oꝛbis reuoluentis.et fuit locus eius in tempoꝛe medio eclypsis : que fuit secũda trium eclypsium nostri temporis nouarum per cursum suum medium(sicut ostẽdimus) in longitudine in vigesimanona pte ꝛ trigesimo minuto arietis. Et p cursum diuersitatis in sexagesima quartaparte ꝛ trigesimooctauo minuto a longitudine longioꝛe. Tunc manifestuz est:q̃ in hoc tempoꝛe quod est inter duas eclypses:secuit luna per cursum suuz mediũ post reuolutiones integras in longitudine.224.partes ꝛ.46.minuta. ꝛ per cursum diuersitatis 52.partes ꝛ.14.minuta. Et tempus quod fuit inter annum secũdum annoꝛũ Mardochei: transacto decimooctauo die mensis thot: qui est vnus mensis egyptioꝛum: cuius mane fuit dies decimusnonus:ante mediam noctem fm medietatem ꝛ tertiam hoꝛe equalis:ꝛ inter annum decimumnonum annoꝛum Adriani:transacto secundo die mẽsis [illegible]:qui est vnus mensium egyptioꝛum,cuius mane fuit dies tertia:ante medietatez noctis per vnã hoꝛaz equalem:continet.854.annos ꝛ.73.dies ꝛ.23.hoꝛas ꝛ medietatẽ ꝛ tertiã hoꝛe equalis:fm sermonem absolutum.ꝛ fuerũt fm veritatem per equationem diuersitatis dierũ cũnctibus suis.23.hoꝛe ꝛ tertia hoꝛe.ꝛ fuit numerus summe dierum eius.311783.dies ꝛ.23 hoꝛe ꝛ tertia hoꝛe. Et inuenimus hoc tempus ex eis quoꝛum premisimus narrationem de motibus lune in diebus superfluere post reuolutiones integras per motũ medium ante eq̃tionem fm cursuz longitudinis.224.partibus ꝛ.46.minutis.ꝛ fm cursuz diuersitatis.52 partibus ꝛ.31.minutis. Superfluitatem vo cursus longitudinis inuenimus (quemadmodum diximus)non diuersificari ab eo qõ aggregatur ex superfluitate que est ꝓpter considerationes nostras positas. Superfluitatem autem cursus diuersitatis inuenimus augeri decem ꝛ septem minutis. Quapꝛopter quia posituri sumus tabulas ꝛ ea que volumus de eq̃tione motuum dierũ : diuisimus hec decem ꝛ septem minuta per numerum hoꝛum dierum positoꝛum:ꝛ dedimus diei vni portionem suam.11.quarta ꝛ.46.quinta ꝛ.39.sexta.ꝛ minuimus illud ex motu diei vnius medij cursus diuersitatis comprehẽso ante equationem. ꝛ inuenimus residuum equatũ.13.partes ꝛ.3.minuta ꝛ.53.secũda ꝛ.56.tertia ꝛ.17.quarta ꝛ.51.quinta ꝛ.59.sexta. Et postea duplauimus illud:ꝛ posuimus in tabulis.

¶ Capituluz octauũ De scientia loci lune ex motu eius medio in lõgitudine ꝛ diuersitate.

AD hoc vt equemus loca eius in primo annoꝛum Nabuchodo.in primo die mensis thot:in media die:qui est vnus mẽsium egyptioꝛum: Accipiemus tempus quod est inter hãc hoꝛam ꝛ inter hoꝛam temporis medij eclypsis secunde trium eclypsiuz primarum.que sunt propinquioꝛes huic hoꝛe/quẽ fuit (quemadmodũ diximus)in secundo annoꝛum Mardochei decem ꝛ octo diebus mensis thot transactis,cuius mane fuit decimusnonus dies:ante medietatem noctis per medietatem ꝛ tertiam hoꝛe equalis.ꝛ inueniemus illud.27.annos egyptios:ꝛ.17.dies:ꝛ.11.hoꝛas:ꝛ sextam hoꝛe equalis:fm sermonem absolutum:ꝛ fm veritatẽ feré,ꝛ inuehiemus illõ quod opponitur huic tempoꝛi in tabulis post reuolutiones integras ex superfluitate in lon

gitudine quidem. 123. partes 7. 22. minuta. 7 in diuersitate. 103. partes 7. 35. minuta. Cū ergo minuerimus illud ex loco lune in tempore medio eclypsis secūde. s. vnūquodq; ex suo relatiuo ei proprio. erit quod remanebit locus lune medius in primo annorum Nabuchodonosor in prima die mēsis thot: in media die: in longitudine quidē in. 11. parte 7. 22. minutis tauri. 7 in cursu diuersitatis a longitudine longiore orbis reuoluētis in. 268. partibus 7 49. minutis. Et manifestus est q; longitudo que est inter solem 7 lunā est. 70. partes 7. 37. minuta. Jā enim ostensus est q; locus solis fuit in eo tpe q̄dragesimūquintū minutus piscis.


¶ Capitulū nonū De scia equādi reuolutiones lune medias in latitudine 7 loca eius.

REuolutiones quidem motuū lune in longitudine 7 diuersitate 7 loca eius sunt sicut iam equauimus ea per 15 capitula. In latitudine autem dico primum q; errauimus: cū nos operati fuimus sicut opatus est Abrachis. 7 putauimus q; luna numerat orbem sui sercentis 7 seraginta vicibus fere. 7 numerat circulum vmbre bis 7 semis: sm quantitatem longitudinis medie in applicatione lune 7 solis in coniunctione 7 oppositione. Cū enim fuerit illud positū ita: 7 fuerit quantitas declinationis orbis lune decliuis nota: erunt termini diuisionum eclypsium noti. Nos namq; cum acceperimus longitudines eclypticas: inueniemus ex magnitudine tenebrarum lune in tpe medio eclypsis veritatem reuolutionū ambor̄ nodor̄ in latitudine in orbe a motib⁹ declinii. Per quantitatem enim qua iam ostensum est nobis ex diuersitate 7 cognouimus motus reuolutionum quidem verarum: similiter inueniemus loca reuolutionum in latitudine in temporibus mediis eclypsium: 7 superfluitatē qua superfluit luna in tempore q̄ est inter duas eclypses post reuolutiones integras. Nunc autem iam accepimus capitula pulchra inuenta absq; illis capitulis: que nobis sufficiunt. 7 non indigemus aliquo eorum quorum premisimus narrationem in comprehēsione quesiti. Quibus quidē ostēdimus: q; illud q̄ nos comprehendimus ex cursu latitudinis ꝓpter magnitudinem tenebrarum 7 longitudines 7 illos modos: falsum est 7 erroneum. 7 equauimus ipsum per hoc. Et similiter fecimus in modis saturni et iouis: vbi inquisiuimus 7 nouimus quasdam res que nō fuerunt assumpte sm veritatem suam. qm̄ inuenimus in fine nostrarum considerationum non eē dubitationem. Jam vo opus est inuestigatoribus huius scientie cum inquisitione veritatis sm veritatem 7 valde caute in ea cum perscrutatiōe 7 studio: ne remoueant equationem modorū precedētium tm̄ quos posuerunt antiqui per illud q̄ inuenerūt ex considerationibus veris: in quibus non est dubitatio. verum remoueāt 7 equent errorem si fuerit in aliquo eorum que ipsi posuerunt. 7 neq; abhorreant illud neq; verecundentur ex eo. qm̄ res cui refertur hec scientia: est ex rebus celestibus altis. s. ex rebus dei altissimi 7 glorioſi: 7 ex virtutibus eius quārum non sint eorum equationes ipsorum tm̄: sed sint ex equationibus aliorum: que sint veriores 7 certiores. Modos vo quibus declarabitur vnūquodq; eorum que narrauimus: dicaz post hūc locū libri almagesti in ꝓprijs locis eor. Nūc autē vt illud fit sm ordines suos: reiterabo smonē in declaratiōe cursus lune in latitudine. cuj⁹ capl̄z ē quēadmodū narrabo.

PRimum quidem inquirimus in equatione cursus lune medij: qui est orbis reuoluentis in orbe decliui: duas eclypses lunares ex eclypsib⁹ scriptis apud nos: in quibus non sit dubitatio. inter quas fuit ex longitudine temporis propter quam fuit quātitas magnitudinis tenebrarum lune in eis equalis: 7 fuerunt etiam ambe in vno duorū nodorum Et fuit egressus lune in vtraq; earum terra aut a parte septētrionis: aut a parte meridiei. Et fuit longitudo lune etiaz a longitudine sua longiore in vnaquaq; earum vna. Cum enim illud ita fuerit: erit longitudo centri lune necessario in vnaquaq; duarum eclypsium in parte vna a nodo vno equalis. Quapropter erit cursus lune verus: qui est in tempore q̄ est inter duas cōsiderationes continens reuolutiones integras in latitudine. Et fuit prima duarum eclypsium quas accepimus: cuius consideratio fuit in babilonia: in anno trigesimoprimo annorum Darij primi: tertio die transacto mensis coe. q̄ est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies quartus in medio hore sexte. Et manifestus est: q; in illa hora eclypsata fuit ex luna a parte meridiei quantitas duorum digitorum. Secunde aūt eclypsis consideratio fuit in alexandria. que fuit in nono annorum Adriani decimoseptimo die transacto mensis machur. qui est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies decimusoctauus: ante medietatem noctis tribus horis 7 tertia 7 quinta hore equalis. Et eclypsata fuit de luna in illa hora sexta diametri eius a parte meridiei. Et fuit transitus lune in latitudine in nodo caude in vnaquaq; duarum eclypsium. Si ergo illud ita fuerit: comprehenditur causa eius ab omnibus modis. sed eius lōgitudo est propinqua eqlitati in vtraq; eclypsi alij est inferior medio parum ad longitudinem propinquiorem. Et illud declaratur nobis ex eo cuius iam precessit ostensio in diuersitate. Et quia cū luna fuerit eclypsata a parte meridiei: erit centrum lune ad partem septētrionis orbis signorum. tunc manifestus est: q; in vnaquaq; duarum eclypsium fuit antecessio centri lune a nodo caude equalis. Sed in

de prima eclip: eclypſi quidem prima fuit elongatio lune a longitudine longioze orbis reuoluentis centum partes ꝛ decem ꝛ nouem minuta. fuit ergo tempus medium in babilonia quidem ante medietatem noctis per medietatem hoze equalis. ꝛ in alexandria ante medietatem noctis per vnam hozam ꝛ tertiam hoze equalis. Et fuit qꝫ aggregatum eſt ex tempoze ex loco lune in principio temporis nabuchodono. vſqꝫ ad hanc hozam. 256. anni ꝛ. 122. dies ꝛ. 10. hoze ꝛ due tertie hoze equalis. ꝛ ſm veritatem cum equatum fuerit quod eſt inter dies cum noctibus ſuis decem hoze ꝛ quarta hoze. Quapropter fuit curſus verus minuens ex curſu medio quinqꝫ partes. Et fuit longitudo lune in eclypſi ſecunda a longitudine longioze in orbe reuoluente. 251. partes ꝛ. 53. minuta. Qm̃ illud qꝫ aggregatur ex tempoze loci lune in principio temporis nabuchodo. vſqꝫ ad tempus medium huius eclypſis ſecunde: eſt. 871. anni ꝛ. 256. dies ꝛ octo hoze ꝛ due quinte hoze equalis. ſed ſm veritatez octo hoze ꝛ medietas ſexte hoze vnius. Quapropter fuit curſus verus addens ſupra curſum mediũ quattuoz partes ꝛ. 53. minuta. In tẽpoze ergo qꝫ fuit inter duas eclypſes aggregabũtur. 615. anni egyptij ꝛ. 133. dies ꝛ. 21. hoza ꝛ medietas ꝛ tertia hoze. Et erit curſus lune verus in latitudine reuolutionis integre. ꝛ erit curſus eius medius minuens a reuolutiõibus integris ptes que aggregantur ex ambabus diuerſitatibus: ſcz nouem partes ꝛ. 53. minuta. ꝛ minuũtur ex eo cuius preceſſit narratio ſm modum quẽ poſuit Abzachis de curſu medio in hoc tẽpoze a reuolutionibus integris decem partes ꝛ duo minuta fere. Curſus ergo lune medius in latitudine fit maioz nouem minutis. Cũ ergo diuiſimus hanc quantitatem per dies q̃ aggregantur ex hoc tẽpoze. ſ. 224609. dies fere: fuit portio vnius diei ex eo octo quarta ꝛ. 39. quinta ꝛ. 18. ſexta. Cum ergo addidimus illud ſupra mediũ curſum lune in latitudine: cuius declaratio iam preceſſit: inuenimus equationez medij curſus lune in latitudine diei vnius. 13. partes ꝛ. 13. minuta. 45. ſecũda ꝛ. 39. tertia ꝛ. 48 quarta ꝛ. 56. quinta ꝛ. 37. ſexta. Poſtea duplauimus illud: ꝛ poſuimus in tabulis. Et poſtq̃ declarauimus hoc modo curſum lune medium in latitudine: queſiuimus etiam in equatione loci eius longitudinez temporis qꝫ fuit inter duas eclypſes lunares verificatas: in quibus nõ eſt dubitatio in quibus fuerit toꝛtus qꝫ fuit in illis que fuerunt ante eas de longitudinibus lune equalibus: ꝛ tenebris: ꝛ partibus in quibus fuerunt due eclypſes. ſ. aut in ſeptẽtrione aut in meridie: ſed non ſint in illo nodo ſed in oppoſito ei. Prima autem harum duarum eclypſium eſt eclypſis per quam operati fuimus in dẽclaratione diuerſitatis: que eſt ea que fuit in anno ſecundo annoꝛ Mardochei. 18. diebus tranſactis menſis thot: qui eſt vnus menſium egyptiozum. cuius mane fuit dies decimuſnonus: in babilonia quidem in medietate noctis. ſed in Alexãdria ante medietatem noctis per medietatem ꝛ tertiam hoze equalis. Et eclypſati ſunt de luna in illa hoza tres digiti a parte meridiei. Et eclypſis ſecũda eſt per quã operatus fuit Abzachis. que fuit in anno vigeſimo annoꝛum darij: qui fuit poſt philippum: vigeſimooctauo die tranſacto mẽſis ambaki: qui eſt vnus menſium egyptiozum. cuius mane fuit dies vigeſimuſnonus: poſtq̃ preterierũt de nocte ſex hoze ꝛ tertia hoze equalis. Et ſimiliter eclypſata fuit de luna in illa hoza quarta diametri eius a parte meridiei. Et fuit tempus medium in babilonia quidez ante medietatem noctis per duas quintas hoze vnius equalis. qm̃ medietas noctis fuit tũc ſex hoze ꝛ medietas ꝛ quarta hoze fere. In alexandria autem ante medietatẽ noctis p vnaz hozã eq̃lem ꝛ quartã hoze. Et fuit vnaq̃qz harꝫ duarꝫ eclypſiũ vbi fuit luna in lõgitudine longioze. Fuitqꝫ eclypſis p̃ma apud nodũ capitis. ꝛ eclypſis ſecũda apꝺ nodũ caude. Et fuit cẽtrum lune ẽt hic in ambabus eclypſibus in pte ſeptẽtrionis eq̃liter ab orbe ſignoꝛ remotũ.

Deſcribam aũt circulũ orbis lune ẽcliuis: ſupra quẽ ſint. a. b. g. ſup diametꝝ. a. g. et ſit punctũ. a. nodus capitis. et punctũ. g. nodus caude. ꝛ punctũ. b. ſit lõgitudo longioz ſeptẽtrionis. Et aſſumã duos arcus eq̃les a duobus pũctis. a. ꝛ. g. q̃ ſunt duo nodi: ad punctũ. b. qꝫ ẽ lõgitudo lõgioz ſeptẽtrionis. qui ſint duo arc⁹. a. d. ꝛ. g. e. ꝛ ſit cẽtruz q̃dẽ lune in eclypſi prima ſupra punctũ. d. ꝛ in eclypſi ſecunda ſupra punctũ. e. Et tempus quod fuit a loco lune in radice ad medium eclypſis prime: fuit. 27. anni: ꝛ. 17. dies ꝛ. 11. hoze: ꝛ ſexta hoze equalis ꝛ vere. Quapropter fuit elongatio lune a longitudine longioze orbis reuoluentis. 12. partes ꝛ. 24. minuta. ꝛ fuit curſus reuolutiõis lune medius maioꝛ vero. 59. minutis. Et fuit tempus qꝫ eſt a loco lune in radice ad medium eclypſis ſecunde. 245. anni ꝛ. 327. dies ꝛ. 10. hoze ꝛ medietas ꝛ q̃rta hoze equalis abſolute. ꝛ ſm veritatem. 10. hoze ꝛ quarta hoze. Quapropter fuit elongatio lune a longitudine longioze in orbe reuoluente due partes ꝛ. 44. minuta. Et fuit curſus reuolutionis lune medius maioꝛ vero. 13. minutis. Et tempus quod fuit inter duas cõſiderationes eſt. 218. anni ꝛ. 309. dies ꝛ. 23. hoze equales: ꝛ pars duodecima hoze. Et aggregatur ſuperfluitas ſm q̃ iam declarauimus ex curſu medio in latitudine ſcilz. 160. partes ꝛ. 4. minuta. Et eſt curſus centri lune medius propter hoc qꝫ diximus in eclypſi quidem prima ſuper punctum. r. ꝛ in eclypſi ſecunda ſuper punctuz. b. Et quia arcus. r. b. eſt. 160. partes ꝛ. 4. minuta. ꝛ arcus. d. r. eſt. 59. minuta. ꝛ arcus. e. b. eſt. 13. minuta. erit arcus. d. e. 160. partes ꝛ. 50. minuta. ergo duo arc⁹ a. d. et. e. g. ſimul minuunt a complemẽto ſemicirculi. 19. partes ꝛ. 10. minuta. ꝛ vnuſquiſqꝫ



eorum: qñ ipſi ſunt eq̃les: erit ſm illã quãtitatẽ nouẽ ptes ℞. 35. mĩ, ℞ ipſe ſũt ptes ſm quã-titatẽ q̃rum curſus lune verus in eclypſi quidẽ p̀ma fuit diminutus a loco nodi capitis. ℞ in eclypſi ſecũda fuit augmẽtat⁹ ſm q̃ntitatẽ illaꝝ partiũ ſupra locũ nodi caude. Totus ergo arcus. a. r. erit. 10. ptes ℞. 34. minuta. ℞ arc⁹. b. g. reſiduus erit. 9. partes ℞. 22. mĩ. ꝓpter hoc ergo erit curſus reuolutiõis lune medius in eclypſi quidem p̀ma diminutus a loco nodi capitis. 10. partibus ℞. 34. minutis. Et fuit elongatio eius a longitudine longioꝛe ſeptẽtrionis. 280. ptes ℞. 34. minuta. Et in eclypſi ſecũda fuit addens ſupra nodum caude nouem partes ℞. 22. minuta. Et fuit elõgatio eius a longitudine longioꝛe ſeptẽtrionis. 80. partes ℞. 38. minuta. Et illud eſt qõ opoꝛtuit nos demonſtrare.


Et quia ſuperfluitas in latitudine que fuit a tpe qõ fuit inter locũ lune in radice vſq̃ ad tempus mediũ eclypſis p̀me eſt. 286. partes ℞. 19. minuta. tunc ſi nos minuerimus has partes ex. 280. partibus ℞. 34. minutis (que ſunt loci lune in eclypſi p̀ma) poſtq̃ addiderimus ſup eas reuolutionẽ vnã: erit quod reſiduum fuerit: locus reuolutionis latitudinis a longitudine longioꝛe ſeptẽtrionis in p̀mo anno annoꝝ nabuchodo. in p̀ma die menſis thot: qui eſt vnus menſiũ egyptioꝝ: in media die: ſcz 354. partes ℞. 15. minuta. Et in cõp̃chenſiõe eoꝝ que erunt ex computatione coniunctionis lune ℞ impletionis in hoc curſu nõ indigemus diuerſitate ſecũda quã nominauimus: neq̃ eſt nobis neceſſaria in hoc loco. Et ponã tabulas ſm diuiſionem partium per lineas etiam ſicut deſcripſimus tabulas ſolis. Et aſſumemus in eo p̀poꝛtionẽ. 60. ad. 5. partes ℞ ad quartaz ptis. Et diuidam quẽadmodũ diuiſimus in ſole. ſ. duas q̃rtas que ſunt a duabus partib⁹ longitudinis longioꝛis ſm ſex partes ℞ ſex partes. Et duas q̃rtas que ſunt a duabus partibus longitudinis ꝓpinquioꝛis ſm tres partes ℞ tres ptes: donec fiant diuiſiões tabulaꝝ ſimiles eis que ſunt in tabulis ſolis. ſ. q̃dragintaquinq̃ aree in latitudine in tribus partibus triuz tabulaꝝ. Sed in duabus p̀imis tabulis erit numerus ptiũ diuerſitatis. In tertia vo tabula erũt poꝛtiones que cõtingunt poꝛtioni cuiuſq̃ numeroꝝ ex augmẽto ℞ diminutione. Et erit diminutio in numeratiõe longitudinis ℞ latitudinis cum fuerit numerus qui aggregat ex diuerſitate loci longitudinis longioꝛis in oꝛbe reuoluẽte vſq̃ ad. 180. partes. Et erit additio cũ fuerit numer⁹ plus. 180. partibus. ☾ Et hec eſt tabularum deſcriptio.

☾ Capitulum vndecimum De quantitas diuerſitatis lune non eſt ꝓpter diuerſitatem hoꝝ duoꝝ modoꝝ: ſed ꝓpter diuerſitatẽ numerationis ℞ erroꝛis in ſermone Abzachis.

Quãtitas diuerſitatis

lune in ſnia Abzachis non eſt ꝓpter diuerſitatem modoꝝ: ſed ꝓpter diuerſitatem reuolutionum. Et poſtq̃ hoc eſt ſm q̃ iam oſtenſum eſt. tunc ſm veritatez inquirimus qua de cauſa in eclypſibus luminaribus quas poſuit Abzachis in inueſtigatione harum diuerſitatum nõ eſt p̀poꝛtio ſimilis ꝓpoꝛtioni quã declarauimus. ℞ non conuenit ꝓpoꝛtio p̀ma: que iam affirmata eſt per modum oꝛbis centri egredientis: ꝓpoꝛtioni ſecũde: que eſt per modum oꝛbis reuoluentis. Verum in oſtenſione p̀me ipſe aggregat ꝓpoꝛtionem medietatis diametri oꝛbis centri egredientis ad lineam que eſt inter duo centra ſcz centrum ipſius ℞ cẽtrum oꝛbis ſignoꝛum. q̃e eſt ꝓpoꝛtio triũ miliũ ℞ centum ℞ quadragintaquattuoꝛ partium ad trecentas ℞ vigintiſeptem partes ℞ duas tertias partis fere. ℞ ipa eſt ꝓpoꝛtio. 60. ad. 6. partes ℞. 15. minuta. Et in declaratione ſecun-

☾ Capl'um decimũ De deſcriptione tabularũ diuerſitatis lune p̀me ſimplicis.



☾ Tabula diuerſitatis lune p̀me ſimplicis.

Numeri cõmunes.		Additiones ℞ diuiſiones.	
p̀ma	ſcõa	Tertia	
ptes	ptes	ptes	mĩ
6	354	0	29
12	348	0	57
18	342	1	25
24	336	1	53
30	330	2	19
36	324	2	44
42	318	3	8
48	312	3	31
54	306	3	51
60	300	4	8
66	294	4	24
72	288	4	38
78	282	4	49
84	276	4	56
90	270	4	59
93	267	5	0
96	264	5	1
99	261	5	0
102	258	4	59
105	255	4	57
108	252	4	53
111	249	4	49
114	246	4	44
117	243	4	37
120	240	4	32
123	237	4	25
126	234	4	17
129	231	4	7
132	228	3	57
135	225	3	46
138	222	3	35
141	219	3	23
144	216	3	10
147	213	2	57
150	210	2	43
153	207	2	28
156	204	2	13
159	201	1	57
162	198	1	41
165	195	1	25
168	192	1	9
171	189	0	52
174	186	0	35
177	183	0	18
180	180	0	0

de ipse adunat proportionem linee que progredit a centro orbis signorum ad centrū orbis revoluentis ad medietatem diametri orbis revoluentis: que est proportio 3122. ad. 247. ꝛ medietatem. ꝛ ipsa est proportio. 60. ad. 4. partes ꝛ. 46. minuta fere. Plurimum vo diuersitatis qō faciunt pportiones. s. proportio. 60. ad. 6. partes ꝛ quartā partis: est quinq; partes ꝛ. 49. minuta. Et proportio. 60. ad. 4 partes ꝛ. 46. minuta. est quattuor partes ꝛ. 34. minuta. Sed ſm illud qō nos narrauimus: proportio. 60. ad q̄nq; ptes ꝛ quartā partis non facit banc diuersitatem positam nisi quinq; partes propinque. Et iam declaratus est nobis ex sermone qui est parum ante hoc: q; hic error qui accidit: non fuit propter diuersitatem duorum modorum: quemadmodum estimāt quidaz hominū. qm̄ totū qō videt in vnoquoq; eorum: videtur in altero ei equale: non diuersum. Et si nos voluerimus cum declaratione illius ſm sermonem facere ostensionem eius per mensuram ꝛ numerationē: inueniemus proportionem vnam in ambobus modis: cum nos cōsiderauerimus rem vnā ex eis que contingunt in eis: ꝛ non aspexerimus res diuersas: quemadmodum fecit Abrachis. Et iam possibile est: vt cum fuerint eclypses diuerse: sit error aut ppter considerationes ipsas: aut propter numerationem longitudinis temporis. Nos enim inuenimus in illis eclypsibus. s. oppositionum veras cōsiderationes ꝛ conuenientes eis que declarauimus de eclypsibus oppositionum ſm duos modos per motum medium ꝛ motum diuersitatis. Numerationem vo longitudinis temporis: qua demonstrabuntur proportiones: inuenimus non inuestigatam fuisse studiose. Et ostendam vnūquodq; horum duox. Et incipiam a tribus eclypsibus primis. Abrachis nāq; dixit: q; he tres eclypses sunt ex eis que ad ipsum pervenerunt ex eclypsibus que fuerunt in babilonia considerate. ꝛ q; prima eclypsis eax fuit cū fuit chaisteratis dñs Athenarum: scz ciuitatis philosophox: in mense Jesdusen. Et dixit q; tunc circuli lune pars parua minuta fuit a parte orientis estiualis in medietate hore remanentis ex nocte. Et dixit ēt q; eclypsata est: ꝛ postea occultata est. Et fuit hoc tēpus in anno trecentesimo ꝛ sexagesimosexto annorum Nabucho. ꝛ (sicut ipse dixit) fuit etiam in vigesimosexto die mensis thot transacto: cuius mane fuit dies vigesimusseptimus: post mediam noctez per quinq; horas ꝛ medietatem hore temporales. qm̄ non fuit residuuz noctis nisi medietas hore. Et quia sol fuit tunc in fine sagittarij: in babilonia fuerunt tēpora hore nocturne decem ꝛ octo tēpora. ꝛ fuit nox q̄tuordecē hore equales ꝛ due quinte hore. quinq; ergo hore ꝛ medietas hore tēporalis fiunt sex hore ꝛ tres q̄nte hore equales. fuit ergo p̄ncipium eclypsis post medietatez diei iomi vigesimisexti decem ꝛ octo horis ꝛ tribus quintis hore equalibus. Quia ergo illud quod eclypsatum est de luna fuit pars parua: oportuit vt sit totuz eclypsis tempus bora ꝛ medietas hore fere. Et manifestuz est q; tēpus mediū fuit post decē ꝛ nouez horas ꝛ tertiam hore equales. Fuit ergo tempus mediū eclypsis etiaz in alexādria post medietatē diei iomi vigesimisexti decē ꝛ octo horis ꝛ medietate hore equalibus. Et fuit tēpus q̄ fuit a loco lune in p̄mo annox Nabucho. vsq; ad hoc tēpus. 365. anni egyptij ꝛ. 25. dies ꝛ. 18. bore ꝛ medietas hore absolute. Sed ſm veritatē. 18. hore ꝛ q̄rta hore. Et inuenimus locū solis in hoc tpe cum numeraverimus p vnūquēq; duox modox (quos posuimus) vigesimāoctauam partem ꝛ decimūoctauuz minutuz sagittarij ſm veritatez. Et inuenimus locū lune per motū mediuz. 24. partes ꝛ. 20. minuta geminox. ꝛ ſm veritatē. 28. partes ꝛ. 17. minuta. qm̄ eius elongatio fuit in diuersitate a longitudine longiore in orbe revoluēte. 227. partes ꝛ. 43. minuta. Et rememoratus est etiaz eclypsis que fuit post illam ſm tēpus chaisteratis in ciuitate athenax. s. ciuitate philox vigesimoq̄rto die trā sacto mēsis phamenoth: qui est vnus mēsiuz egyptiox. cuius mane fuit dies vigesimusquintus. in qua eclypsata fuit luna a parte orientis estiualis in fine hore prime noctis. Et illud fuit in anno trecētesimo sexagesimosexto annox Nabucho. vigesimoq̄rto die transacto mēsis phamenoth. cuius mane fuit dies vigesimusquintus ante medietatez noctis quinq; horis ꝛ medietate hore tēporalibus. Et q; sol fuit in fine geminox: fuit hora nocturna in babilonia. 12. tēpora. q̄nq; ergo hore ꝛ medietas hore erūt quattuor hore ꝛ due q̄nte hore eq̄les. Ergo p̄ma hora eclypsis fuit post medietatē diei iomi vigesimiquarti. 7. horis ꝛ tribus quintis hore eq̄libus. Et q; totuz tēpus eclypsis fuit tres hore ſm q; scriptum est. tūc manifestū est: q; tēpus mediū fuit post nouez horas ꝛ decimaz hore eq̄les. oportuit ergo vt esset in alexandria post medietatē diei iomīn vigesimiq̄rtū octo horis ꝛ q̄rta hore fere. Et etiaz erit tempus qō est a loco solis ꝛ lune ac si esset in radice vsq; ad hāc horaz trecenti ꝛ sexaginta quinq; anni ꝛ ducēti ꝛ tres dies ꝛ octo hore ꝛ quarta hore equales absolute. et ſm veritatez septē hore ꝛ medietas ꝛ tertia hore. Et in hoc tempore reperit locus solis verus vigesimap̄ma pars ꝛ q̄dragesimūsertū minutuz geminox. Et repitur locus lune per cursuz medium vigesimatertia pars ꝛ quinq̄gesimūoctauum minutum sagittarij. et ſm veritatez vigesimap̄ma pars et q̄dragesimūoctauuz minutum. qm̄ eius longitudo fuit in diuersitate a longitudine longiore in orbe revoluēte. 27. ptes ꝛ. 37. minuta. Et erit qō aggregat ex longitudine tēporis qō fuit inter eclypsim p̄maz ꝛ eclypsiz secundam. 177. dies ꝛ. 13. hore ꝛ. 3. quinte vnius hore equales. Et partes quas perambulauit

orbium orbis signorum z orbis stelle ſm longitudinem vnam a punctis duarum equali-
tatum z duorum tropicorum: super quā videnť longitudo longior z longitudo propinq̄or
cuiusq; stellaruz: z centra orbium reuolutionis. neq; reuoluuntur super orbes hos centro-
rum egredientium: quoruz centra per motus suos reuoluūtur reuolutiōe equali: z peram-
bulant in temporibus equalibus angulos equales. sed longitudo longior cuiusq; eorum in
orbibus centrorum egredientiū habet motum localem paruum equalez etiam ad succesſio
nem signorum a duobus punctis duaruz equalitatum super centrū orbis signorū. et est mo
tus ille cuiusq; stellarum ſz quātitatem motus quē inuenimus sphere stellarū fixarum. sz
qui in omnibus centū annis est pars vna. Ex eo vero quod diximus scitur q̄ centra orbiū
reuolutionis reuoluuntur super orbes alios equales orbibus centrorū egredientium: qui
ponunt diuersitatē. et centra illorum non sunt cētra eorum. Sed stellaz quidem quatuor
que sunt preter mercurium reuoluuntur super orbes quorū centra secant lineas que sunt
in eo quod est inter centrum orbis signorum z inter centrū orbis egredientis cuiusq; earū
in duo media. Et in mercurio quidem quātitas longitudinis que est inter centrum ipsum
idest centrū super quod reuoluitur z inter centrum quod reuoluit ipsum: est quātitas que
est inter illud centrū z inter illud quod ponit diuersitatem apud longitudinez longiorem: z
inter hoc centrum z inter visus nostros. In hac nāq; stella soluz inuenimus sicut reperi-
mus in luna: q̄ centruz orbis egredientis reuoluit z reducit centrū orbis reuolutionis q̄ō
predximus ad contrariū successionis signorū reuolutiōe vna in omni anno. qm̄ mercuri⁹
etiā in reuolutione vna videtur in longitudine propinquiore duabus vicibus: quēadmo-
duz luna vicibus duabus in longitudine propinquiore in mense vno videtur.

¶ Capitulū sextū in declaratione diuersitatis scōz duos modos.

DEclarabitur autem nobis quod ag-
gregatur propter illud quod predximus de duobus modis ita. Imagi
nemur in modo stellarum aliarū prius circulum orbis centri egredien-
tis: super quē sint. a. b. g. super cētrum. d. z sit diametr⁹ que transit sup cē




trum orbis medij signorum ⁊ super punctū.d.diametri:a.d.g. super quam sit centruz orbis signorum.scz locus visuum aspicientium punctū.e.et sit super punctum.a.longior longitudo:⁊ sit punctū.g.longitudo propinquior.et secabo lineam.d.e.in duo media super pūctū. r.⁊ describam circulum super centrum.r.⁊ fm longitudinem equalem.d.a.manifestum est q ipse erit equalis circulo.a.b.g.sup quē sint.b.t.k.⁊ describam super centrum.t.orbem revolutionis.supra quem sint.l.m.⁊ protrabā lineam.l.t.m.d.⁊ ponam primum vt sit superficies in qua sunt orbes centrorum egredientiū declinata a superficie orbis signorum.⁊ q sit superficies orbis revolutionis declinata a superficie orbium centrorum egredientium propter trāsitum stellarum in latitudine fm q declarabitur nobis in eo quod narrabimus de eis. Propter alterationem autem trāsitū earum in longitudine imaginabimur. vt sint omnes stelle in superficie vna:que est superficies orbis signorū:propterea q nō est diuersitas in longitudine vlla habens quātitatem propter has duas declinationes fm quātitatem que declarabitur de diuersitate que apparet cuiusq; stellarum fm seipsam. Et post illud dico q superficies quidem tota mouetur equaliter ad successionem signor super centrum.e.⁊ mouet longitudinem longiorem ⁊ longitudinem propinquiorem cuiusq; earum in omnibus centum annis parte vna. Diametrus vero.l.t.m.que est orbis revolutionis revoluit etiam centrū.d.equaliter ad successionem signorū fm q sequtur reuersio stelle in longitudine.⁊ revoluit cum ea duo pūcta.l.et.m.que sunt orbis revolutionis.⁊ revoluitur punctum.t.quod est centrum orbis revolutionis super orbem egredientis centri:supra quem sint.b.t.k.⁊ movetur stella etiam supra circulum.l.m.orbis revolutionis equaliter. Et ponit etiam eius reditionem ad diametrū que declinat semper ad centrum.d.fm q sequitur revolutio media:que est diuersitatis eius que est propter solem.et est eius motus localis a puncto.l.quod est longitudo longior ad successionem signorum. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.



Proprietas vero modi mercurij declarabitur nobis ita. Describam orbem centri egredientis:qui est diuersitatis: supra quē sit.a.b.g.supra centrū.d.⁊ diametrū eadem que tranſit super pūctum.d.⁊ super punctum.e.cētruz orbis signorum:⁊ super punctum.a.quod est longior longitudo: supra quam sint.a.d.e.g.⁊ assumam de linea.a.g.lineam ad partem puncti.a.quod est longitudo longior:equalem linee.d.e.supra quam sint.d.r. Cum ergo fuerint res que sunt in forma fm habitudinem suam.scilicet cum fuerit tota superficies revoluēs longitudinē longiorem:⁊ reduxerit eam super cētruz. e.ad successionem signorum:et fuerit motus stelle in orbe revolutionis fm quātitatem.r. d.e.sicut in aliis stellis:et fuerit linea.d.k revoluens orbem revolutionis super centrum.d. fm equalitatem ad successionem signorum.et fuerit motus stelle in orbe revolutionis propinquus motui stellarum aliarum.erit hic centrum orbis egredientis alius:et ipse est sup quem semper est centrū orbis revolutionis in omni hora.quoniam ipse etiam est equalis primo revolutū supra punctum.r.contra revolutionem orbis revolutionis.scz contra successionem signorum equaliter ⁊ fm cursuz equalem cursui eius.et erit illud quod revoluit ipsum linea.r.b.t.donec sit reditio cuiusq; duarum linearū.d.b.et.r.b.t.ad pūcta partium orbis signorum in anno vno vice vna. Et manifestum est q reditio cuiusq; earum ad alteram erit duabus vicibus.et erit longitudo semper centri orbis egredientis alius a puncto. r.cum linea equali cuiq; duarum linearum .e.d.et . d.r.et est linea.r.b. donec sit circulus minor quem describit per motum suum:qui est contra successionem signorum supra centrum.r.⁊ cum longitudine.r.b.transiēs semper per punctum.d.quod est centrum egrediētis orbis fixuz primū.et sit orbis centri egredientis motus semper descriptus super cētrū. b.et cum longitudine.b.t.que est equalis linee.d.a.sicut est hic orbis.t.k.et sit centrum orbis revolutionis semper super ipsum sicut est hic punctum.k. Et illud est quod nos oportuit demonstrare.

Et etiam poterimus consequi declarationem scientie eius: quod edidimus ex eo quod diximus per id quod declarabitur quando sciemus quod est cuiusq; stellarū ex quātitatibus.et declarabūtur cum hoc manifestiore declaratione in locis pluribus cause que moverunt nos ad operandum fm hūc modū. Et quia revolutionū que sunt in longitudine non sunt rēditiones cum reditionibus partiuz orbis medij signorum: ⁊ non cū longitudinibus longioribus: ⁊ longitudinibus propinquioribus que sunt orbium centrorum egredientiū propter motum eorum localē.tunc propter illud quod posuimus de motibus in longitudine fm hunc modum quem posuimus non continet reditiones que videntur apud longissimam longitudinem:que sunt orbium centrorum egredientium.sed cōtinet reditiones que sunt ad puncta duorum tropicorum ⁊ duarum equalitatum fm q sequitur tempus nostri anni. Demonstrabo autem prius fm hos modos cum fuerit longitudo transitus stelle medij in longitudine quātitatis vnius a duobus lateribus longitudinum longiorum:aut propinquiorū.q tunc erit diuersitas que videtur propter orbem signorum quātitatis vnius in vna quaq; duarum longitudinū. Et ilogi-

tudo maioꝛ que eſt oꝛbis reuolutiõis a trãſitu medio ad duas partes erit vna. ¶ Et deſcribam ad exemplũ illius circulum oꝛbis egredientis ſuper quem ſint.a.b.g.d. ſuper centrum.e.ꝛ diametrũ.a.e.g.ꝛ ſuper ipſum ponã punctũ quidem.r.centrum oꝛbis ſignoꝛum ꝛ centrũ oꝛbis centri egredientis qui ponit diuerſitatem.ſcz ſuper quẽ eſt tranſitus oꝛbis reuolutionis medius ſm equalitatem punctũ.b.ꝛ pꝛotrahã lineas duas.b.h.t.et.d.b.k.ſm longitudinẽ vnam.ſcz cuiuſq; duaꝛ linearum a puncto.a.qõ eſt longitudo longioꝛ donec ſint duo anguli.a.h.b.et.a.b.d.equales.et pꝛotrahã ſuper punctum.b.ꝛ punctũ.d. duos oꝛbes reuolutionis equales.et pꝛoducã duas lineas.b.r.et.d.r.ꝛ pꝛotrahã a puncto aſpectus noſtroꝛ viſuũ ad partem vnam duas lineas.r.l.et.r.m.contingentes duos oꝛbes reuolutionis. Dico ergo q; angulus.r.b.h.qui eſt diuerſitatis que eſt pꝛopter oꝛbem ſignoꝛ: eſt equalis angulo.b.d.r.et angulus.b.r.l.qui eſt longitudinis maioꝛis que eſt oꝛbis reuolutionis:eſt equalis angulo.d.r.m.et ſimiliter longitudinũ maioꝛ que ſunt ex cõmixtione: erit quãtitas elongationũ a media equalis. Et pꝛoducam duas pꝛpendiculares a puncto quidem.b.ꝛ a puncto.d.ad duas lineas.r.l.et.r.m.ſuper quas ſint.b.l.et.d.m.ꝛ a pũcto q̃dem.e.ad duas lineas.b.t.et.d.k.duas pꝛpendiculares.e.n.et.e.ſ.ꝛ quia angulus.ſ.b.e.eſt equalis angulo.n.b.e.et duo anguli qui ſunt apud.n.ꝛ apud.ſ.ſunt recti.ꝛ linea.e.b.communis.erit linea.n.b.equalis linee.ſ.b.ꝛ pꝛpendicularis.e.n.erit equalis pꝛpendiculari.e.ſ.ergo erunt due elongationes duaꝛ linearum.b.t.et.d.k.a centro pũcti.e.equales. Ergo be due linee ſunt equales.ꝛ etiam due medietates earũ erũnt equales et etiam pꝛopter illud erunt due relique que ſunt.b.h.et.d.b.equales.ſed.b.r cõmuni exiſtente.et duobus angulis qui ſunt ſub lateribus equalibus qui ſunt angulus.b.h.r.ꝛ angulus.d.b.r.qui ſunt equales erit baſis.b.r.equalis baſi.d.r.ſed angulus.h.b.r.eſt equalis angulo.b.d.r.ꝛ linea.b.l.que ẽ medietas diametri oꝛbis reuolutiõis:eſt equalis linee.d.m.ꝛ ſunt duo anguli qui ſunt apud duo pũcta.l.et.m.recti.ergo angulus.b.r.l.eſt equalis angulo.d.r.m. Et illud eſt quod demonſtrare voluimus.




Demonſtratio de ♄. ♃. ♂. ♀. ☿.

Demonſtratio

ſic arte ꝛ ma ſexti euclidis

Demonſtratio de ☿

¶ Et ſit etiam pꝛopter modum mercurij diametr; que tranſit ſuper centra ꝛ ſuper longitudinem longioꝛem que eſt oꝛbiũ ſupꝛa quã ſint.a.b.g.ꝛ faciam punctũ. a.centrum oꝛbis ſignoꝛum.ꝛ punctũ b.centrum oꝛbis centri egrediẽtis qui ponit diuerſitatem ꝛ punctũ.g.ſuper quod reuoluitur centrum oꝛbis egrediens qui reuolut oꝛbem reuolutionis.ꝛ pꝛotrahã etiam ad vnum quodq; duoꝛum laterum duas lineas.b.d.et.b.e.que ſunt motus oꝛbis reuolutionis equalis ad ſucceſſionem ſignoꝛum.ꝛ ſint due linee.g.r.et.g.b.reuolutionis que eſt oꝛbis centri egrediẽtis contra ſucceſſionem ſignoꝛum equalis velocitatis.erit ergo manifeſtũ q; duo anguli qui ſunt apud pũctum.g.ꝛ punctum b.ſunt equales.et erit linea.b.d.equidiſtans linee.g.r.ꝛ linea.b.e.equidiſtans linee.g.b.et ponam centrum duoꝛum oꝛbium egredientium cẽtroꝛum ſuper duas lineas.g.r.et.g.b.et ſint duo puncta.t.et.k.ꝛ reuoluam circa ea duos oꝛbes egredientiuꝫ cẽtroꝛum: ſuper quos ſint duo oꝛbes reuolutionis ſuper duo pũcta.d.et.e.equales.ꝛ pꝛotrahã duas lineas.a.d.et.a.e.ꝛ pꝛotrahã ad partem vnam duas lineas.a.l.et.a.m.cõtingẽtes duos oꝛbes reuolutionis.et oſtendam q; ita etiam erit angulus.a.d.b.qui eſt diuerſitatis que eſt pꝛopter oꝛbeꝫ ſignoꝛũ:equalis angulo.a.e.b.et angulus.d.a.l.qui eſt longitudo que eſt pp oꝛbẽ reuolutionis eſt equalis angulo.e.a.m.ꝛ pꝛoducam lineas.b.t.et.b.k.et t.d.et.k.e.ꝛ pꝛotrahã pꝛpendiculares a puncto.g.ad duas lineas.b.d.et.b.e.ſuper quas ſint.g.n.et.g.ſ.ꝛ pꝛoducam etiam ad duob9 pũctis.d.et.e.ad duas lineas.g.r.et.g.b.duas pẽdiculares.d.r.et.e.b.ꝛ ad duas lineas.a.l.et.a.m duas pꝛpendiculares.d.l.et.e.m. Et ga angulus.g.b.n.eſt equalis angulo.g.b.ſ.ꝛ duo anguli qui ſunt apud.n.ꝛ apud.ſ.ſunt recti ꝛ linea.g.b.eſt cõmuuis:erit linea.g.n.equalis linee.g.ſ.ꝛ etiam linea.d.r.equalis linee.e.b. et linea.t.d. eſt equalis linee.k.e.ꝛ duo anguli qui ſunt apud.r.ꝛ apud.b.ſunt recti.et pꝛopter hoc erit angulus.d.t.r.equalis angulo.e.k.b.et angulus.g.t.b.eſt equalis angulo.b.k. b.quoniam linea.t.g.eſt equalis linee.g.k.ꝛ lꝛiſea.g.b.eſt cõmunis.ꝛ angulus.t.g.b.eſt eq̃lis angulo.k g.b.et angulus.b.t.d.reliquus eſt equalis angulo.b.k.e.ergo baſis.b.d.eſt eq̃ lis baſi.b.e. Et ſit linea.b.a.etiam cõmunis.ergo angulus.b.d.a.eſt equalis angulo.b.e.a.ꝛ baſis.a.d.eſt equalis baſi.a.e. Et quia linea.d.l.eſt equalis linee.e.m.ꝛ duo anguli qui ſunt apud.l.ꝛ apud.m.ſunt recti. erit angulus.d.a.l.equalis angulo.e.a.m. Et illud eſt quod mõſtrare voluimus.



Demonſtratio

ꝛ 25. primi euclidis

ſic lord pulcro ꝛpondit ſuber

¶ Capitulum ſeptimuz in ſcientia longitudinis longioꝛis que eſt ſtelle Mercurij ꝛ motus eius localis.

Et poſtquam ſciuimus quod pꝛemiſſum eſt:accepimus pꝛius de partibus oꝛbis medij ſignoꝛum pꝛtẽ ſupꝛa quã eſt longitudo longioꝛ ſtelle mercurij ſm hunc modum. Queſiuimus conſiderationes maiozum longitudinum in quibus fuerunt tãſitus matutinales equalis longitudinis cũ tranſitibus veſpertinis a tranſitu ſolis

maximarum diſtantiarum ꝛ ſb ſunt in rentarte opiriali

medio. s. longitudo que est inter ipsum ꝛ inter stellam. Cum enim illud repertum fuerit: ex eo cuius premisimus declarationem necessarium erit vt sit locus longitudinis longiozis oz bis centri egredientis ipsum punctum quod est inter duos transitus. Accepimus ergo in hoc considerationes paucas propterea ꝙ huius applicationis rara est certificatio ſm veritatem. ꝛ necꝫ erit illud nisi in rarissimo tempore. sed tamen istis cōsiderationibus est possibile declarare hoc. ¶ Considerauimus nos in anno sextodecimo annozuꝫ Adriani sextodecimo die transacto mensis phemenut. qui est vnus mensium egyptiozum: in vespere qō sequitur dies septimusdecimus stellam mercurij cum instrumento stellariꝰ. et inuenimus tunc maiozem longitudinem eius a transitu medio solis. ꝛ fuit visa tunc per duo foramina quando considerauimus ipsam cū stella aldebaran lucida in parte vna in longitudine piscis. Sed in hoc tempore posito fuit locus transitus solis medij nouē partes ꝛ medietas ꝛ quarta partis aquarij fuit ergo longitudo maioꝛ eius vespertina a loco transitus medij solis. 21. ptes ꝛ quarta partis. ¶ Et considerauimus in āno decimooctauo annoꝝ adriani decimooctauo die transacto mensis athica: qui est mensis egyptiozum: mane diei deciminoni: hoza matutinali stellam mercurij cū instrumēto stellarum. ꝛ ipsa in longitudie maioze fuit visa subtilis occulta. ꝛ visa fuit tunc per ambo foramina quando considerauimus eam cum stella aldebaran lucida in decimaoctaua parte ꝛ medietate ꝛ quarta partis in longitudine tauri. Sed in hoc tempore fuit locus transitus solis medii decem partes geminozum fuit ergo hic etiam longitudo eius maioꝛ matutinalis a transitu solis medio eq̄lis illis partibus. scz. 21. partibus ꝛ quarte partis. Et ꝙa transitus stelle medius fuit in vna duarum considerationum in nouem partibus ꝛ medietate ꝛ quarta partis aquarij. ꝛ in cō sideratione altera in decem partibus geminozum. ꝛ punctum qō est inter has duas ōsiderationes de punctis ozbis medij signozum: est super partem decimā arietis diminuta octaua parte vnius. ergo super hūc locū fuit tunc diametrꝰ que transit super longitudinem longiorem. ¶ Et etiam considerauimus in anno primo annozum Antonij viginti diebus preteritis de mense athica: qui est ex mensibus egyptiozum: mane die vigesimiprimi: hoza vespertina stellam mercurij cum instrumento stellarum apud maiozes longitudinē eius que fuit a transitu solis medio. et fuit visa tunc per duo foramina quando cōsiderauimus eam cum stella cozdis leonis in septem partibus cancri: in longitudine. Sed in hoc tempore fuit locus transitus solis medij decem partes et medietas partis geminozū. fuit igitur longitudo eius vespertina a transitu solis medio vigintisex partes ꝛ medietas partis. ¶ Et similiter etiam considerauimus in anno q̄rto annozum Antonij decem ꝛ octo diebus preteritis mēsis phemenut. qui est ex mensibus egyptiozum: matutino diei deciminoni: hoza matutinali stellam mercurij cū instrumento stellarum. ꝛ ipsa etiam in longitudine sua maioze. fuit ergo tūc visa per duo foramina quādo considerauimus eam cum stella anchus nominata coz scorpionis in tredecem partibus ꝛ medietate partis capricorni. Sed in hoc tēpore fuit locus transitus solis medij in undecim partibus aquarij: ergo hic etiaz est lōgitudo maioꝛ matutinalis a transitu solis medio equalis illis partibus. s. vigintisex partibus ꝛ medietate partis. Et quia fuit in vna duarum considerationum transitus stelle medius in decē partibus ꝛ medietate partis geminozuꝫ. et in consideratione altera in decem partibus aquarij. ꝛ punctum qō est inter eas ozbis medij signozum est in decem partibus ꝛ quarta partis libre. ergo super hunc locū fuit tunc diametrꝰ que transit super longiozem longitudinem. Ex istis autem considerationibus inuenimus longiozem lōgitudinem super decem quidē partes arietis: ꝛ super decem partes libre fere. sed ex consideratiōibus antiquis in quibus fuerunt longitudines maiozes: inuenimus eam in septem partibus hoꝝ duozum signozum: sicut iam poterit qui voluerit vt meditetur in hoc ꝛ in eius simili ex eo qō diximus ante facere in anno nāꝫ vigesimotertio ſm ꝙ dixit Dionysius vigesimoprimo die trāsacto mensis ydros fuit stelle splendide vehementer lucide que est orientalis in capricorno: ꝛ cuius lōgitudo ad septētrionem est quantitas trium diametroꝝ lunarium sive locus ſm principia nostra. scz que sunt a pūctis duozum tropicoꝝ ꝛ duarum equalitatū in viginti duabus partibus ꝛ tertia partis. scz in cauda capricorni. Et manifestū est: ꝙ ſm quātitatem illius longitudinis fuit locus stelle mercurij. ꝛ fuit locus solis medius decem ꝛ octo partes ꝛ sexta partis aquarij. Tempus nāꝫ quod fuit in anno quadringentesimo ꝛ octuagesimosexto ānozū nabuch. decimoseptimo die transacto mensis chaiguat qui est ex mensibus egyptiozum: in matutino diei decimioctaui: ante diem paꝝ. ꝛ fuit longitudo maioꝛ matutinalis a loco solis medio vigintiquinꝫ partes ꝛ medietas ꝛ tertia partis. Et nos non inuenimus ſm veritatem longitudinez magnam vespertinā equalem huic longitudini in aliqua considerationum que pervenerūt ad nos. Nos tamen inuenimus lōgitudinem equalē huic longitudini per duas considerationes fere ſm hunc modum quē narro. In hoc nāꝫ anno vigesimotertio ſm verbū Dionysij in die quarto mensis taurini: in hoza noctis prima fuit linea que transit super duo cornua tauri diminuta quātitate triuꝫ diametrozū lunariū. ꝛ iam estimabatur in transitu eius ꝙ longitudo eius ad meridiem fuit maioꝛ tribus diametris lunari


bus: donec fuit locus eius etiam fm principia nostra in vigintitribus partibus 7 duabus tertijs partis tauri. fuitq3 tempus illud in anno quadringētesimo octuagesimo sexto etiam nabuch. in mense phemenut: in matutino diei primi eius apud primaz noctem 7 fuit locꝰ solis medius. 29. partes 7 medietas partis arietis. ergo fuit lōgitudo maior vespertina a medio viginti quatuor partes 7 sexta partis. Et in anno vigesimo octauo fm sermonez dionysij in die septimo mensis geminalis fuit stella mercurij obuia capiti geminoꝝ. 7 fuit longitudo eius ad meridiem a capite meridiano quantitas tertie diametri lune. scz minor duplo longitudinis que est inter caput geminoꝝ: donec fuit etiam locus stelle mercurij tunc fm principia nostra in viginti nouem partibus 7 tertia partis geminorum. Et hoc etiam tempus fuit in anno quadringētesimo nonagesimoꝰmo annoꝝ nabuch. quinq; diebus trāsactis mēsis pharmeati ex mensibus egyptioꝝ: in vespere diei sexti hora noctis prima. Et fuit locus solis medius due partes 7 medietas 7 tertia partis geminorum. fuit ergo hec longitudo viginti sex partes 7 medietas partis. Et quia transitus medius fuit in ariete viginti nouem partes 7 medietas partis. 7 fuit longitudo maior viginti quatuor partes 7 sexta ptis. Et in geminis quidē fuit transitus medius due partes 7 medietas 7 tertia partis. 7 fuit lō gitudo maior viginti sex partes 7 medietas partis. 7 fuit longitudo matutinalis viginti q̄q; partes 7 medietas 7 tertia partis fere, qua nos inquirimus partez applicatiōis. Tūc nos inuenimus vt fit longitudo vespertina propter viginti q̄q; partes 7 medietatez 7 tertiam partis medias ex superfluitate que est in eo quidem inter duas cōsideratiōes positas. Aggregatur enim vt sit longitudo que est inter duos transitus maiores in vnaq̄q duaꝝ consi derationiū triginta tres partes 7 tertia partis. 7 superfluitas quidē que est inter duas lōgitudines maiores due ptes 7 tertia ptis accipiā igitur ex triginta tribus pribus 7 tertia ptis quāta est quātitas partis 7 duaꝝ tertiarum partis: que est superfluitas que est inter viginti quinq; partes 7 medietatē 7 tertiam partis: 7 inter viginti quatuor partes 7 sextam ptis de duabus partibus 7 tertia partis: que sunt superfluitas que est inter duas longitudines maiores. Inuenimus ergo illud viginti quatuor partes fere. quas cū addiderimus sup viginti nouez partes 7 medietatē partis arietis: inueniemus transitū mediuz in quo erit longi tudo maior vespertina equalis matutinali. s. viginti quinq; partes 7 medietas partis 7 tertia partis. 7 erit illud in viginti tribus partibus 7 medietate partis tauri. Et erit punctuz me dium inter decem 7 octo partes 7 sextam partis que sunt aquarij 7 inter viginti tres partes 7 medietatem partis que sunt tauri in quinq; partibus 7 medietate 7 tertia partis arietis. Et etiam in āno vigesimo quarto ānozum Dionysij decem 7 octo diebus transactis mensis leonini hora vespertina fuit mercurius precedens asbimech alhabzel ad conuersionem signoꝝ in eo quod ꝓbauit abzachis plus tribus partibus parū ergo fuit locus eius tūc fm principia nostra in decez 7 nouē partibus virginis 7 medietate partis 7 hoc tempus fuit in 486. anno ānoꝝ nabuch. 30. die mensis beuni: qui est ex mensibus egyptiozū. et fuit in illa hora transitus solis medius in viginti septē partibus 7 medietate 7 tertia partis leonis. fuit ergo longitudo maior vespertina a cursu medio. 21. partes 7 due tertie partis. Et est lō gitudo qua inuenimus partē applicationis matutinalis fm veritatem: 7 etiam fm duas cō siderationes positas. quarū vna fuit in anno septuagesimo quinto annoꝝ caldeoꝝum: 7 q̄r todecīo die tisirim postremi. Et fuit stella mercurij orientalis supra lancez libre meridionalem fm q̄ntitatem cubiti 7 medietatis cubiti. fuit ergo locus eius tunc fm principia nostra in quatuordecem partibus 7 sexta partis libre. 7 hoc tempus est annus quingētesimus 7 duodecimus ānozū nabuch. nouem diebus transactis mēsis thut: in matutino diei decimi ante diem. Et fuit in illa hora locus solis medius quinq; partes 7 sexta partis scorpionis. fuit ergo longitudo maior matutinalis. 21. partes. Altera vero cōsideratio fuit in anno se ragesimo septimo ānozū caldeoꝝum quinq; diebus transactis mensis chenun primi 7 fuit stella orientalis super frontis scorpionis partem septētrionalem fm quātitatē cubiti 7 medietatis cubiti. 7 fuit tūc locus eius in duabus partibus 7 tertia partis scorpiōis. Et fuit hoc tempus ānus quingētesimus 7 sexagesimus quartus annoꝝ nabuch. viginti nouē diebꝰ transactis mēsis thut ex mēsibus egyptiozum: in matutino diei vigesimi octaui ante mane parū. Et fuit locus solis medius tūc viginti quatuor partes 7 medietas 7 tertia partis scorpionis. fuit ergo etiam hec longitudo maior viginti due partes 7 medietas partis. Et quia etiam in his duabus considerationibus aggregatur vt sit quod est inter duos transitus solis medios decem 7 nouem partes 7 due tertie partis. 7 superfluitas que est inter duas lōgitudines maiores est pars 7 medietas partis propter hoc igitur accepimus ex decez 7 nouem partibus 7 duabus tertijs partis: que sunt superfluitas que est inter duos transitꝰ me dios quātuz est quātitas duarum tertiarū partis que est superfluitas que est inter. 21. partem 7 duas tertias partis: 7 inter. 21. partem de parte 7 medietate partis que est superfluitas que est inter duas longitudines maiores inuenimus ergo illud nouem partes fere. q̄s cum addiderimus super quinq; partes 7 sextam partis que sunt scorpionis inuenimus trā situm medium in quo fuit longitudo maior matutinalis equalis alij longitudini vesper/

ne: que est. 21. partes 7 due tertie partis. 7 locus eius quatuordecē ptes 7 sexta partis scor pionis. 7 erit etiam pūctus medium inter viginti septē partes 7 medietatez et tertiā partis: leonis: 7 inter quatuordecem partes 7 sextā partis: que est scorpionis in sex partibus libre fere. Ex eo igitur quod dixim⁹: 7 ex eo quod vidimus de conuenientia que est in stellis alijs: et in diuisione earū inuenimus in quinq; stellis erraticis diametros que transeūt super longitudines longiores 7 propinquiores habere motū localem ad successionem signorum super centrū orbis signorum 7 q; tempus huius localis motus est equale tempori localis motus sphere stellarum fixarū. quoniaz motus illius sphere ex eo quod premisimus: est in centū ānis pars vna fere. hoc ergo est tempus qō est ex consideratiōibus antiquis: in q; bus fuit longitudo mercurij longior in sex partibus. et est in tempore cōsiderationū nostrarum in quo fuit motus eius quatuor partes fere. quoniaz quod fuit inter duo tempora est quadringenti anni.

¶ Capitulum octauum in demonstratione q; mercurius est in longitudine propinquiore in reuolutione vna duabus vicibus.

ET post illud quod dixim⁹ inquirimus quātitates longitudinum maior que sunt cum sol fuerit in veritate loci longitudinis longioris que est stellarū: 7 etiam cū fuerit in longitudine earū ꝓpinquiore. 7 illud ē qō nō reperim⁹ ex cōsideratiōibus antiqs: 7 neq; reperim⁹ ipsum nisi ex consideratiōibus nostris: quas considerauimus per instrumentū stellarum. Et tunc declarabit aspicienti bonitas decoris cōsideratiōis per ipsum: q; uis non videatur in eo q; appropinquat soli de stellis cōsideratis aliquid stellarum quarum precessit scientia locorū. Et illud plurimum est quod accidit in stella mercurij: propterea q; non est possibile vt videatur plurimum stellarū fixarum ex longitudine solis: que est equalis longitudini mercurij: nisi in raro tempore per instrumentū ergo in stellis que videntur plurime longitudinis est possibile cōprehendere loca stellarum quesitarum fm veritatem suā in longitudine 7 latitudine. In āno autem decimonono ānorū adriani in quartodecimo die trā sacto mēsis athus: ex mensibus egyptiorū: in matutino diei quindecimi eius fuit mercurius in longitudine longiore 7 fuit cōsideratus per instrumentum cū stella cordis leonis. fuit ergo visus orientalis in viginti partibus 7 quinta partis virginis. et fuit sol per motū suum medium in nouem partibus et quarta partis libre. fuit ergo longitudo eius maior decem 7 nouem partes 7 vigesima partis vnius. In illo autem anno etiam in decimonono die mēsis sachim ex mensibus egyptiorū hora vespertina fuit mercurius etiaz in longitudine longiore per considerationem cū instrumēto cum stella aldebarā lucida. et locus eius quatuor partes 7 tertia partis tauri. 7 locus solis per motum suū medium vndecem partes 7 duodecima partis arietis: fuit ergo longitudo maior viginti tres partes 7 quarta partis. Et ex hoc declaratur q; longitudinis longioris locus orbis centri egredientis non est nisi in libra: 7 non in ariete.

¶ Et post quā sciuimus que diximus: describam diametrū super longitudinem longiorez supra quā sint. a. b. g. 7 sit in ea centrū orbis signorum: qō est aspectus visuū: supra quod sit punctū. b. 7 super decem partes libre sit punctum. a. 7 super decē partes arietis sit punctus. g. 7 describam duos orbes reuolutionis equales supra duo puncta. a. et. g. supra vnū quoz sit. d. 7 supra alterū. e. 7 pducā duas lineas a puncto. b. contingētes eos: que sint. b. d. et. b. e. 7 producam a duobus centris ad duo loca contactus duas perpēdiculares. a. d. et. g. e. 7 q; longitudo maior matutinalis que est in libra: fuit considerata a transitu medio decem 7 nouem partes 7 vigesima partis: erit angulus. a. b. d. decē 7 nouē partes 7 tria minuta fz quātitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. 7 fm quātitatez qua sunt duo anguli recti. 360. partes crit. 38. partes 7 sex minuta 7 erit arcus qui est super lineā. a. d. 38. partes 7 sex minuta fm quātitatē qua est circulus continens triangulū. a. b. d. ortogonium. 360. partes. et erit chorda eius que est. a. d. 39. partes 7 nouem minuta fere: fz quātitatem qua est diametr⁹. a. b. 120. partes. Et etiam quoniam longitudo maior vespertina considerata a transitu medio fuit. 23. partes 7 quarta partis. erit angulus. g. b. e. 23. partes 7. 15. minuta fm quātitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. 7 fm quātitatē qua sunt duo anguli recti. 360. partes erit. 46. partes 7 medietas. Quapropter erit arcus qui est super lineam. g. e. 46. partes 7. 30. minuta fm quātitatē qua est circulus cōtinens trianguluz. g. b. e. ortogonium. 360. partes. 7 erit chorda eius que est. g. e. 47. partes 7. 22. minuta fm quātitatē qua est diametr⁹. g. b. 120. partes. fm quātitatem ergo qua est linea. g. e. 39. partes 7. 9. minuta. et linea. a. b. 120. partes: propterea q; linea. a. d. est equalis linee. g. e. que est a centro orbis reuolutionis: erit linea. b. g. 99. partes 7. 9. minuta. et sit tota linea. a. g. 219. partes 7. 9. minuta. Cum ergo diuiditur in duo media super punctum. r. est linea. a. r. que est medietas. 109. partes 7. 34. minuta, ergo linea que est inter punctuz. b. 7 inter punctū. r. est. 10. partes. 7. 25. minuta. Et illud est quod oportuit demonstrari.





Et manifestū est q̄ punctum .r. est aut cētrum orbis egredientis centri: super quē est semper orbis reuolutionis: aut contingit vt sit reuolutio centri circuli quez diximus semper super ipsum. Ita enim tantū erit longitudo centri orbis reuolutionis a puncto .r. equalis quēadmodum iam declaratū est in vna quaq; duarum stationū positarum oppositarū in forma. Si enim esset punctū .r. ipsum centrum orbis centri egredientis super quez est semper centrū orbis reuolutiōis esset hic orbis qui est orbis centri egredientis fixus. et esset locus arietis propinquior locis ad terram. quoniam linea .b.g. est breuior omnibus lineis que protrahuntur a puncto .b. ad orbem descriptuz supra punctum .r. non autem inuenitur locus arietis propinquior locis ad terram: sed locus geminorum ⁊ aquarij est propinquior ad terraz loco arietis. ⁊ ipsi sunt propinqui ad hoc vt sint equales. Manifestum est igitur q̄ reuolutio centri orbis centri egredientis huius quē diximus est super punctū .r. econtra reuolutionem orbis reuolutionis. scz ad cōuersionem signorum vice vna in reuolutione vna. et q̄ centruz orbis reuolutionis in hac reuolutione vna fit in longitudine propinquiore duabus vicibus. Et declarabitur nobis q̄ orbis reuolutionis: cum fuerit in geminis aut in aquario: erit locus eius propinquior terre loco arietis ex eo quod premissum est de considerationibus. In hac nāq; cōsideratiōe que fuit in āno sextodecimo annorum adriani decimosexto die mensis phemenut: fuit longitudo maior vespertina a cursu medio .21. partes ⁊ quarta partis. Et in consideratione que fuit in quarto anno annorum Antonij decimonono die mensis phemenut: ex mensibus egyptiorum: fuit longitudo maior matutinalis a medio .26. partes ⁊ medietas partis. Et fuit locus solis per motum suū medium in ambabus considerationibus decez partes aquarij. Fuit ēt in consideratione que fuit in āno decimooctauo ānorū adriani decimonono die mēsis athica longitudo maior matutinalis a medio .21. partes ⁊ q̄rta partis. Et fuit in cōsideratione que fuit in anno primo annor Antonij vigesimo die mēsis athica lōgitudo maior vespertina a cursu medio .26. partes ⁊ medietas partis. et fuit sol per motuz suum medium in his ambabus considerationibus in decē partibus geminorum. Cum ergo aggregauerimus duas longitudines duorum diuersorum cursuum in aquario ⁊ in geminis: erit 47. partes ⁊ medietas ⁊ q̄rta partis. Et cū aggregauerimus duas longitudines duorum diuersorum cursuum in ariete erunt .46. partes ⁊ medietas partis. quoniā vespertina fuit eq̄lis matutine. ⁊ fuit in consideratione eius .23. partes ⁊ q̄rta partis.


¶ Capitulum nonum in scientia proportionis quantitatis magnitudinis diuersitatum Mercurij.


POst illud vero qđ premissum est sup est vt demonstrem super qđ punctum linee .a.b. erit reuersio orbis reuolutionis in āno ad successionem signorum fm cursum medium. et quāta fit longitudo centri orbis egredientis centri cuius cursus est ad conuersionem signorum cū tempore reuersionis equali tempori reuersionis orbis reuolutionis a puncto .r. Assumam autē in hac inquisitione duas considerationes duarū longitudinum maior matutinalis ⁊ vespertine longitudo cuiusq; quarum medij cursus sit quarta circuli ad partem vnam a longiore longitudine. ⁊ est locus in quo est plurimū diuersitatis fere in orbe reuolutionis. In anno autē q̄rtodecīo annorū adriani decimooctauo die mēsis mesur hora vesptina: sicut inuenimus in cōsideratiōibus que sunt Tholomei inquit inuenimus plurimum lōgitudinis eius a sole diminutū a stella cordis leonis tribus partib⁹ ⁊ medietate ⁊ tertia partis. Fuit ergo locus eius fz principia nra sup ser partes ⁊ tertiā partis leonis fere. ⁊ fuit tunc locus solis per motum suum mediū decē partes ⁊ medietas sexte partis cancri. fuit ergo longitudo maior vespertina .26. partes ⁊ quarta partis. Et considerauerimus nos longitudinem eius maiorē cū instrumēto stellarum in anno scōo ānor antonij vigesimoprimo die mēsis mesure ante mane. ⁊ cōsideraiimus ipz cū stella aldebaran lucida. ⁊ inuenimus locum eius viginti partes ⁊ medietatem sexte partis geminor. Et fuit sol per motum suū medium tunc etiam in decem partibus ⁊ tertia partis cancri. Fuit ergo lōgitudo maior tūc matutinalis .20. partes ⁊ q̄rta partis. ¶ Et postquā firmauimus hoc: fit diametr⁹ transiēs super decē partes libre ⁊ arietis: supra quā sint. a.r.b.g. et sit sicut est in forma que est ante istam: punctum quidem .a. locus super quez est centrū orbis reuolutionis cum fuerit in decem partibus libre. et pūctuz .g. locus super quē erit centrū orbis reuolutionis cum fuerit in decem partibus arietis. et sit punctū .b. cētrum orbis signor. et punctum .r. supra quod mouetur localiter centrū orbis centri egredientis cōtra successionez signorum. Et inquiramus primū vt inueniamus quāta fit longitudo cētri supra quod est motus eqūalis: qui est orbis reuolutionis ad successionem signorum a puncto .b. ⁊ fit illud centrum pūctum .b. et protraham lineā a pūcto .b. fm rectum angulum super lineam .a.g. vt sit eius longitudo a longitudine longiore quarta circuli. et firmabo in hac linea cētruz orbis reuolutionis: qđ fuit in his duabus cōsiderationibus positis: supra quod sit punctum .t. quoniam longitudo huius etiam a longitudine longiore est quarta cir-













tuli. Et fit sol per cursum suū medium in decem partibus cancri. ⁊ describam super pūctū. t. orbem reuolutionis: super quē sint. k. l. ⁊ protraham a puncto. b. duas lineas cōtingentes ipsum que sint. b. k. et. b. l. ⁊ producam lineas. t. k. et. t. l. et. b. r. Et quia super hunc transitus medium positus fuit longitudo maior matutinalis a medio viginti partes ⁊ quarta partis. ⁊ longitudo maior vespertina viginti sex partes. ⁊ quarta partis. erit angulus. k. b. l. 46. partes ⁊. 30. minuta fm quātitatē qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. ⁊ erit medietas earum que est angulus. k. b. t. 46. partes ⁊. 30. minuta: fm quātitatem qua sunt duo anguli recti. 360. partes. erit ergo arcus qui est super lineam. t. k. 46. partes ⁊. 30. minuta fm quātitatem qua est circulus continēs triangulum. b. t. k. orthogoniū. 360. partes. et erit ei⁹ chorda: que est. t. k. 47. partes ⁊. 22. minuta fz quātitatem qua est diametr⁹. b. t. 120. partes. ergo fm quātitatē qua est linea. t. k. que est medietas diametri orbis reuolutiōis. 39. partes ⁊. 9. minuta ⁊ linea. b. r. fm q⁹ ostēsum est: est. 10. partes ⁊. 25. minuta erit linea. b. t. 99. partes ⁊. 9. minuta. Et etiam quoniam augmētuz vnius harum duarū longitudinum super alteram est sex partes: facte cōtinētes duabus vicibus diuersitatē que est propter orbē signorum. et hanc diuersitatem cōtinet angulus. b. t. b. tunc q⁹ huius diuersitatis iam pcessit declaratio: erit angulus. b. t. b. tres partes fm quātitatez qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. ⁊ fm quātitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes. erit sex partes. qua propter erit arcus qui est super lineā. b. b. sex partes fm quātitatem qua est circulus continens triāgulum. b. t. b. orthogonium. 360. partes. et erit eius chorda que est. b. b. sex partes ⁊. 17. minuta fm quātitatē qua erit diametr⁹. b. t. 120. partes. ergo fm quātitatez qua est linea. b. t. 99. partes ⁊. 9. minuta ⁊ linea. b. r. 10. ptes ⁊. 25. minuta: erit linea. b. b. 7. partes ⁊. 12. minuta. ergo linea. b. b. est medietas linee. b. r. fere. et vnaquaq; duarum linearum. b. b. et. b. r. est. 5. partes ⁊. 12. minuta fere. fm quātitatem qua est medietas diametri orbis reuolutiōis. 39. partes ⁊. 9. minuta. Et hoc est qđ oportuit nos declarare.



Et protraham etiam in hac forma lineam super pūctum. r. ecōtrario linee. b. t. fz angulum rectū linee. a. b. supra quem sint. r. m. n. manifestum est igitur q⁹ erit supra ipsam tunc centrum egrediens: supra quod erit centrū orbis reuolutionis. sez pūctum. t. propter equalitatem duorum temporum reuersionis que est econtra linee. b. t. ⁊ linee. r. n. simul ⁊ fit linea. r. a. equalis linee. r. n. donec fit vnaquaq; duarum linearum. r. n. et. a. r. composita ex medietate diametri orbis cētri egrediētis: ⁊ ex eo quod est inter duo centra: centrum orbis cētri egredientis: ⁊ centrum puncti. r. ⁊ fit nota centri orbis centri egredientis: supra quā est punctum. m. ⁊ protraham lineā. r. t. ⁊ quia angulus. m. r. b. est rectus: ⁊ angulus. t. r. b. parum diuersificatur a recto fere: ita vt linea. n. r. t. forsitasse nō diuersificetur quādo sit linea recta/et iam ostēsum est q⁹ fm quātitatem qua est medietas diametri orbis reuolutionis. 39. partes ⁊. 9. minuta. erit linea. r. n. que est equalis linee. a. r. 109. partes ⁊. 34. minuta. ⁊ linea. r. t. que est equalis linee. t. b. 99. partes ⁊. 9. minuta. tūc erit tota linea. n. r. t. 208. partes ⁊. 43. minuta. ⁊ erit medietas illius que ē linea. n. m. ⁊ est medietas diametri orbis cētri egrediētis. 104. ptes ⁊. 22. minuta fere. et linea reliqua que est in eo quod est inter duo centra ⁊ est linea. r. m. 5. partes ⁊. 12. minuta. Et fm illā quātitatem declaratum est q⁹ vnaquaq; duarum linearum. b. b. et. b. r. est quinq; partes ⁊. 12. minuta. Jā ergo aggregatur vt fz quātitatē qua est medietas diametri orbis cētri egrediētis. 104. gradus ⁊. 22. minuta. fit vnaquaq; earū que sunt inter duo cētra. 5. partes ⁊. 12. minuta. ⁊ fit diametr⁹ orbis reuolutionis. 39. partes ⁊. 9. minuta. ergo fm quātitatez qua est medietas diametri orbis egrediētis cētri. 60. ptes: erit vnaq; duarum longitudinum que sunt in eo quod est inter duo cētra tres partes ⁊ cisre. et erit medietas diametri orbis reuolutionis. 22. partes ⁊. 30. minuta. Et illud est qđ nos oportuit declarare.





Postquā igitur iam affirmatum est hoc fm q⁹ diximus: erunt lōgitudines maiores que sunt in longitudine propinquiore cōuenientes ei quod fuit in considerationibus. sez cū fuerit transitus medius in decez partibus aquarij aut gemino rum: ⁊ fuerit longitudo eorum a longitudine lōgiore latus triāguli. erit angulus qui est apud visus nostros cui subtēditur orbis reuolutionis. 47. partes ⁊ medietas ⁊ q⁹ rta fere: et ita sciemus illud. Describam diametrū supra longitudinē longiorē super quam sint. a. b. g. d. e. et fit pūctum. a. super diametrum locus longitudinis longioris. ⁊ pūctum. b. locus super quē reuoluitur centrū orbis egrediētis centri in motu suo locali contra successionem signorū. ⁊ pūctū. g. locus super quem reuoluitur cētrum orbis reuolutionis per motum suū localem ad successionem signorum. ⁊ punctum. d. centrū orbis signorū. et perueniat quisq; duorum motuum fm proprietatē centri eorū equaliter ⁊ in duobus temporibus equalibus ad contrarium longitudinis longioris que est pūctum. a. ad latus trianguli. ⁊ fit linea que reuoluit orbem reuolutionis linea. g. r. ⁊ ea que reuoluit centrum orbis egredientis centri linea. b. b. et fit centrum orbis egredientis centri pūctum. b. ⁊ centrum orbis reuolutionis pūctum. r. ⁊ describam super ipsum orbem reuolutionis. ⁊ protrabaz duas lineas. d. t. et. d. k. cōtingētes orbez reuolutiōis ⁊ protrabam lineas. g. b. et. d. r. et. r. t. et. r. k. ⁊ protrabam. a. d. ad lineam. g. r. perpēdicularem super ipsam: que fit perpendicularis. d. l. ⁊ osten-

dam q̄ angulus.t.d.k.est.47.partes 7 medietas 7 quarta partis:fm quātitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes. Et quia vnusquisq; duor angulorū.a.b.b.et.a.g.l.subtenditur lateri trianguli 7 est.120.partes fm quātitatem qua sunt duo anguli recti.180. partes. Ergo vnusquisq; duorum angulor.b.b.g.et.d.g.l.est.60.partes:fz illam quātitatē sed angulus.b.g.b.est equalis angulo.b.b.g.quoniaz linea.b.g.est equalis linee.b.b.7 ipsi simul sunt quod minuitur ex cōplemento duor angulor rector.et est.120.partes vnusquisq; igitur eorum est.60.partes fm illā quātitatem.triangulus igitur.b.b.g.est equalium laterum 7 equaliū angulor:sed angulus.d.g.l.est equalis angulo.b.g.b.puncta igit. b.g.l.r.sunt super lineam rectam.quapropter erit linea.b.r.que est medietas diametri orbis egredientis centri.60.partes fm quātitatez qua est.g.b.que est equalis linee.g.d.que est inter duo centra tres partes. Et remanet vt sit linea.g.r.fm illā quātitatem.57.partes. Et etiam quia angulus.d.g.l.est.60.partes fm quātitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360.partes.7 fm quātitatez qua sunt duo anguli recti.360.partes est.120.partes. tunc erit arcus qui est super lineā.d.l.120.partes:fm quātitatē qua est circulus continēs triā gulum.g.d.l.ortogonū.360.partes.et erit arcus qui est super lineā.g.l.reliquus complementi medietatis circuli.60.partes.7 erit chorda.d.l.tres partes 7.55.minuta:fm quātitatem qua est diametr⁹.g.d.120.partes.et erit chorda.g.l.fm illam quātitatez.60.partes. Quapropter fm quātitatē qua est.g.d.tres partes 7 linea.g.r.57.partes:erit linea.d.l.due partes 7.36.minuta:7 linea.g.l.fm illā quātitatē erit pars vna 7.30.minuta.7 linea.l.r.residua erit.55.partes 7.30.minuta. Et quia ex quadratis l.r.et.d.l.cuz aggregantur est quadratuz.d.r.erit linea.d.r.55.partes 7.34.minuta.fm quātitatez qua est medietas diametri orbis egredientis centri.s.linea.r.b.60.partes.7 vnaquecq; linearū.r.t.et.r.k.est.22.partes 7.30.minuta. Ergo fz quātitatē qua est chorda.d.r.120.ptes:erit vnaquecq; duaruz linear.r.t.et.r.k.48.partes 7.35.minuta.7 vnusquisq; duorum angulorū.r.d.t.et.r.d.k.erit 47.partes 7.46.minuta:fm illā quātitatez qua sunt duo anguli recti.360.partes.quapropter erit totus angulus.t.d.k.47.partes 7.46.minuta.fm quātitatez qua sunt quatuor anguli recti.360.partes. Et illud est qō fuit demōstrandū.


¶ Capitulū decimū in equatione motuum reuolutionū mercurij.

POst illud autē quod diximus sequitur ipsum equatio motuū reuolutionuz mercurij 7 locorū eius. Motus autem lōgitudinis.s.quos reuoluit orbis reuolutionis eius equaliter sup pūctuz.g.ex hoc sunt noti ex motu solari. Sed motus diuersitatis.s.quos reuoluit stella in orbe reuolutionis super centruz suum:accepimus ex duabus cōsiderationibus:in quibus nō est dubitatio quarū vnā fecim⁹ nos. et alteram ex considerationibus antiquis assumpsimus. Nos vero cōfidauimus stellā mercurij in anno scdo ānoruz Antonii qui fuit ānus octingētesimus octuagesimussertus ānoruz nabuch.duobus diebus trāsactis mensis athica ex mēsibus egyptiorum:in nocte quā sequitur dies eius tertius.7 considerauimus ipsuz per instrumētum stellarum.et nō peruenit longitudo eius ad longitudinē eius matutinā vespertinā.et considerauimus ipsum cū stella cordis leonis:7 inuenimus locū eius.17.partes 7 medietatem partis geminor.7 fuit tunc locus eius addens super centrū lune partē vnam 7 sextam partis. Et fuit illud tempus in alexandria ante medietatē noctis futurā:cuius mane fuit dies tertius.quatuor horis 7 medietate horе equalis.quoniā medū celi fuit per instrumentuz stellarum duodecem partes virginis. Et fuit sol in vigintitribus partibus tauri. In illa autem hora fuit locus transitus solis medij fm modos quos demōstrauimus.22.partes 7.34. minuta tauri. Et fuit locus transitus lune medij.12.partes 7.14.minuta geminoruz. Et fuit locus diuersitatis que est a longitudine longiore orbis reuolutionis.281.partes 7.20.minuta. Colligitur ergo ex hoc vt sit locus transitus cētri lune veri.17.partes 7.10. minuta geminor.et locus transitus eius in quo videtur.16.partes 7.20.minuta. Fuit ergo locus stelle mercurij fm hoc.17.partes 7 medietas partis geminoruz.quoniaz fuit addens super centrū lune partez vnam et sextam partis. ¶ Et post quā firmauimus hoc:describam diametrū super longitudinē longiorem et longitudinē propinquiorē super quā sint.a.b.g.d.e.et sit pūctum diametri.a.locus longitudinis longioris,et pūctuz.b.locus super quē reuoluitur centrū orbis centri egrediētis ad cōuersionē signor. Et pūctū.g.locus sup quē est reuolutio centri orbis reuolutionis ad successionē signoruz et pūctum.d.centrum orbis signor. et moueatur quidem super pūctuz.g.pūctuz.r.quod est centrū orbis reuolutionis.fitq; illō quod mouet ipsum linea.g.r.super anguluz.a.g.r.et super pūctum.b.moueatur centrum orbis egredientis centri:quod est pūctū.b.7 sit illud quod mouet ipsum linea.b.b.sup anguluz.a.b.b.de quo manifestuz est q̄ ipse est semper eqlis angulo.a.g r.propter equalitatem duor temporuz motuum eor.Et describam super pūctum.r.orbem reuolutionis:supra quē sint.t.k.l.et sit stella super pūctuz.l.et protrabam lineas.g.b.et.b.r.et.d.r.et.b.k.et r.l.et.d.l.et producam perpēdiculares ad lineā.g.r.t.a pūncto.b.et a pūncto.d.que sint perpē





diculares due.b.m.et.d.n.et ad lineam.d.l.a puncto.r.que sit perpẽdicularis.r.s.ꝛ sit inclinatum.inuentio arcus qui est a puncto.t.et est longitudo longioꝛ ad pũctum.l.et est locus stelle oꝛbis reuolutionis.Et quia locus transitus solis medij fuit tũc.22.partes et.34.minuta tauri.Et locus longitudinis ꝓpinquioꝛis stelle fuit decẽ partes arietis fere.et fuit locus transitus stelle medij in longitudine elongatus a loco lõgitudinis ꝓpinquioꝛis.42. partibus et.34.minutis.erit angulus.g.b.b.42.partes ꝛ.34.minuta.ſm quãtitatem qua ſunt quatuoꝛ anguli recti.360.partes.et ſm quãtitatẽ qua ſunt duo anguli recti.360.partes:erit.85.partes et.8.minuta.et vnuſquiſq; duoꝝ angulorum.b.b.g.et.b.g.b.eſt.137. partes ꝛ.26.minuta ꝓ illã quãtitatẽ:ꝓpterea q̃ linea.b.g.eſt equalis ſemper linee.b.b. ꝛ erunt circuli deſcripti ſuper triangulũ.b.g.b.arcus quidem qui eſt ſuper lineã.g.b.85. partes ꝛ.8.minuta.ſm quãtitatem qua eſt circulus.360.partes.et erit arcus qui eſt ſuper lineam.b.g.ſm illam quãtitatẽ.137.partes et.26.minuta.erũt ergo eoꝝ chorde:chorda q̃ dem.g.b.81.partes ꝛ.10.minuta.ſm quãtitatẽ qua eſt diametr⁹.120.partes.ꝛ chorda. g.b.ſm illã quãtitatem erit.111.partes et.49.minuta.ergo ſm quãtitatem qua eſt linea. b.g.tres partes:erit linea.b.g.due partes ꝛ.111.minuta.Et etiam quia angulus.b.g.b.eſt. 137.partes ꝛ.26.minuta.ſm quãtitatẽ qua ſunt duo anguli recti.360.partes.et angulus.b.g.m.ſm illam quãtitatem eſt.85.partes ꝛ.8.minuta.erit angulus.b.g.m.qui eſt ad cõplendũ quod remanſit.52.partes ꝛ.18.minuta.ꝛ ꝓpter illud erit arcus qui eſt ſuper lineam.b m.52.partes ꝛ.18.minuta.ſm quãtitatem qua eſt circulus continẽs triangulũ. b.g.m.oꝛtogoniũ.360.partes.et erit arcus qui eſt ſuper lineam.g.m.ad cõplendum quod remãſit de ſemicirculo.127.partes ꝛ.42.minuta.et erũt chorde eoꝝ:chorda quidem.m. b.52.partes et.53.minuta.ſm quãtitatem qua eſt diametr⁹.g.b.120.partes.et erit chorda.g.m.107.partes ꝛ.43.minuta.ergo ſm quãtitatẽ qua eſt linea.g.b.due partes et.111. minuta.et linea.b.r.que eſt medietas diametri oꝛbis egredientis centri qui reuoluit oꝛbez reuolutionis.60.partes erit linea.q̃dẽ.b.m.ꝑs.o.et.58.minuta.ꝛ erit linea.g.m.pars vna ꝛ.58.minuta.ꝓpter illud igitur erit linea m.r.et eſt minoꝛ diametro.b.r.abſq; multa diuerſitate.60.partes ſm illã quãtitatem ꝛ linea.g.r.reſidua.58.partes et duo minuta.Et ſimiliter quia angulus.d.g.r.eſt.85.partes et octo minuta ſ̃ quãtitatẽ qua ſunt duo anguli recti.360.partes:erit arcus qui eſt ſuper lineã.d.n.85.partes ꝛ.8.minuta.ſm quãtitatẽ qua eſt circulus continẽs triangulũ.d.g.n.oꝛtogoniũ.360.partes.et arcus qui eſt ſuper lineam.g.n.reſiduũ complemẽti ſemicirculi.94.partes ꝛ.52.minuta.et erunt eoꝝ chorde: chorda quidem.d.n.81.pars ꝛ.10.minuta.ſm quãtitatẽ qua eſt diametrus.g.d.120.ptes.et erit chorda.g.n.88.partes et.23.minuta.ergo ſ̃ quãtitatez qua eſt linea.g.d.tres ptes.et de linea.g.r.iam oſtenſum fuit q̃ ipſa eſt.58.partes ꝛ duo minuta.erit linea quidẽ. d.n.due partes ꝛ duo minuta.et linea.g.n.due partes et.13.minuta.et erit linea.n.r.reſidua.55.partes et.49.minuta.quaꝓpter erit diametr⁹.d.r.55.partes et.51.minutũ fere.ſm quãtitatẽ qua eſt medietas diametri oꝛbis reuolutionis.22.partes ꝛ.30.minuta. ergo ſm quãtitatez qua eſt diametr⁹.d.r.120.partes:erit linea.d.n.4.partes ꝛ.22.minuta.et arcus qui eſt ſuper eam.4.partes et.11.minuta.ſm quãtitatem qua eſt circulus cõtinens triangulũ.d.r.n.oꝛtogoniũ.360.partes. Quaꝓpter erit angulus.d.r.n. ſimiliter quatuoꝛ ꝑtes ꝛ.111.minuta:ſcõz quãtitatẽ qua ſunt duo anguli recti.360.partes. Totus ergo angulus.e.d.r.fit.89.partes ꝛ.19.minuta.ſed totus angulus.e.d.l.eſt.135.partes:ꝓpterea q̃ ſtelle longitudo fuit tũc a longitudine ꝓpinquioꝛe.67.partes et.30.minuta.et erit angulus.r.d.l.reſidu⁹.45.partes ꝛ.41.minutũ.Arcus igitur qui eſt ſuper lineam.r.ſ. erit.45.partes et.41.minutũ.ſcõm quãtitatẽ qua eſt circulus cõtinens triãguluz.d.r.ſ.oꝛtogoniũ.360.partes.et erit linea.r.ſ.46.partes ꝛ.35.minuta.ſcõz quãtitatem qua eſt diametr⁹.d.r.120.partes.Quaꝓpter ſm quãtitatẽ qua eſt linea.d.r.55.partes ꝛ.51.minutuz.ꝛ fuit linea.r.l.medietas diametri oꝛbis reuolutionis.22.partes ꝛ.30.minuta.erit.r.ſ. 21.partes ꝛ.41.minutũ.ꝛ ſcõm quãtitatem qua eſt diametr⁹.r.l.120.partes:erit linea. r.ſ.etiã.115.partes et.39.minuta.ꝛ arcus qui eſt ſuper lineam.r.ſ.erit.149.partes ꝛ duo minuta.ſcõm quãtitatez qua eſt circulus cõtinens triangluz.r.l.ſ.oꝛtogoniũ.360.ptes.ꝛ erit angulus.r.l.ſ.149.partes ꝛ duo minuta.ſcõm quãtitatem qua ſunt duo anguli recti. 360.partes.et ſcõm hoc oſtenditur q̃ angulus.r.d.l.eſt.45.partes et.41.minutũ.et ſimiliter ẽt q̃ angulus.t.r.k.ſcõz illud exemplũ erit qtuoꝛ partes ꝛ.11.minuta.Erit ergo totus angulus.t.r.l.198.partes ꝛ.54.minuta.ſcõm quãtitatem qua ſunt duo anguli recti.360. ptes.et ſ̃ quãtitatẽ qua ſunt qtuoꝛ anguli recti.360.ptes:erit.99.ptes ꝛ.27.minuta. Fit g̃ arc⁹.t.k.l.oꝛbis reuolutiõis qui fuit in hora conſideratiõis ipſa lõgitudo ſtelle Mercurij a pũcto.t.qõ ẽ lõgitudo lõgioꝛ.99.ptes ꝛ.27.minuta.Et illõ ẽ qõ nos oporuit õmõſtrare.



